De Lenaeo et Delphinio commentatio

Ernst Maass,


BIBLIOTHEK
DER
CANTONAL=
LEHR=
ANSTALTEN
ZU
ZÜRICH.


DOUBLETTE

VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

HENRICVS ZIMMER

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

Demosthenes choregus colapho percussus in Midiam violentum hominem ob factam iniuriam litem intendit et non humano tantum iuri verum divino vim allatam exponens coram iudicibus acerbissime lacessivit: ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τοὺς χοροὺς ὑμεῖς ἅπαντας τούτους καὶ τοὺς ὕμνους τῷ θεῷ ποιεῖσθε οὐ μόνον κατὰ τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν Διονυσίων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς μαντείας, ἐν αἷς ἁπάσαις ἀνῃρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δελφῶν καὶ ἐκ Δωδώνης, χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν· ἀνάγνωθι δέ μοι λαβὼν αὐτὰς τὰς μαντείας. Quae secuntur quattuor vaticinia tractabimus accuratius, genuina sint an non sint indagaturi. Addidit de iis nonnulla orator in sequentibus: εἰσίν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αὗται καὶ ἄλλαι πολλαὶ μαντεῖαι τῇ πόλει κἀγαθαί. τί οὖν ἐκ τούτων ὑμᾶς ἐνθυμεῖσθαι δεῖ; ὅτι τὰς μὲν ἄλλας θυσίας τοῖς ἐφ' ἑκάστης μαντείας προφαινομένοις θεοῖς προστάττουσι θύειν, ἱστάναι δὲ χοροὺς καὶ στεφανηφορεῖν κατὰ τὰ πάτρια πρὸς ἁπάσαις ταῖς ἀφικνουμέναις μαντείαις προσαναιροῦσιν ὑμῖν. Hinc adparet facile, quod ex antecedentibus tuto non conlegeris,[1]) vaticinia illa non spectasse solummodo ad sacra Bacchica, sed latius patuisse et ita fuisse composita, ut quamvis diversa essent argumento tamen coronas et saltationes choricas summo omnia consensu imperarent. Cui normae si forte unum alterumve repugnaverit, alienum hoc est hac oratione et a Demosthene procul habendum. Jam proponimus ipsa oracula:

[1]) Nibilosetius in programmate Kiloniensi anni 1860, quod est de introductis in Atticam sacris Bacchicis, p. 27 O. Ribbeckius Dionysia Magna respici, quippe quibus vapulavisset Demosthenes, suspicatus est.

⟨ΕΚ ΔΕΛΦΩΝ⟩[1]) ΜΑΝΤΕΙΑΙ.

I. Αὐδῶ Ἐρεχθείδαισιν, ὅσοι Πανδίονος ἄστυ
ναίετε καὶ πατρίοισι νόμοις ἰθύνεθ' ἑορτάς,[2])
μεμνῆσθαι Βάκχοιο καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιάς
ἱστάναι ὡραίαν Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας
καὶ κνισᾶν βωμοῖσι κάρη στεφάνοις πυκάσαντας.

II. Περὶ ὑγιείας θύειν καὶ εὔχεσθαι Διὶ ὑπάτῳ, Ἡρακλεῖ, Ἀπόλλωνι Προστατηρίῳ· περὶ τύχας ἀγαθᾶς Ἀπόλλωνι Ἀγυιεῖ, Λατοῖ, Ἀρτέμιδι, καὶ κατ' ἀγυιὰς κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χοροὺς καὶ στεφανηφορεῖν· κατὰ τὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις καὶ[3]) δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντες[4]) μνασιδωρεῖν.

ΕΚ ΔΩΔΩΝΗΣ ΜΑΝΤΕΙΑΙ.

III. Τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει· ὅτι τὰς ὥρας παρηνέγκατε τῆς θυσίας καὶ τῆς θεωρίας, αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἐννέα, καὶ τούτους διὰ ταχέων τῷ Διὶ τῷ Ναΐῳ τρεῖς βοῦς καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο οἶς, τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν καλλιερεῖν, καὶ τράπεζαν χαλκῆν πρὸς τὸ ἀνάθημα ὃ ἀνέθηκεν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων.

IV. Ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει ἐν Δωδώνῃ· Διονύσῳ δημοτελῆ ἱερὰ τελεῖν καὶ κρατῆρα κεράσαι καὶ χορὸν ἱστάναι, Ἀπόλλωνι Ἀποτροπαίῳ βοῦν θῦσαι, καὶ στεφανηφορεῖν ⌊ἐλευθέρους⌋, καὶ δούλους καὶ ἐλινύειν μίαν ἡμέραν. Διὶ Κτησίῳ βοῦν λευκόν.

Primum alterum quartum vaticinium oratoris quod diximus praecepto satisfaciunt; tertium cum abhorreat, etsi non confictum fraude videtur, tamen male insertum esse necessario iudicamus[5]). His praemissis nonnulla ad interpretanda oracula conlaturi, quae ad res quasdam sacras Atheniensium aestimandas utilissima sunt nec satis adhuc perspecta, de quarto primum verba facimus. Iussit igitur Juppiter Dodonaeus Athenis publice sacra Bacchica institui ac simul Jovi Κτησίῳ vel (quod idem est) Πλουτοδότῃ, qui etiam Phlyae sacrum habuit (Paus. I, 31, 4), et Apollini sacrificari. Publica Atheniensium Bacchi religio tribus festis continetur, Lenaeis Anthesteriis Dionysiis Magnis, quibus sero accesserunt 'Piraica'. Nos dici Anthesteria ob ea cen-

---

1) Supplevimus inclusa (cf. p. V[1]) propter alteram Dodonaeorum vaticiniorum inscriptionem.

2) Fugit hymnorum editores egregia Ahrensii emendatio ex hoc versiculo ad hymni in Apollinem Pythium finem deprompta *Philol.* XXXVIII p. 220[14]. Adfatur deus Delphicus sacerdotes Cnosios:

νηὸν δὲ προφύλαχθε, δέχεσθε δὲ φῦλ' ἀνθρώπων
ἐνθάδ' ἀγειρομένων καὶ ἐμὴν ἰθύνετε ΔΑΙΤΑ

ubi ἰθύνετε ΜΑΛΙΣΤΑ et traditur et edi pergit.

3) πάσαις ἰδίας libri: correxit Sauppius πάσαισι καί, unde πάσαις καί Guilelmus Schulze.

4) Dubitari possit utrum ἀνίσχοντας corrigas an vetustorum titulorum vel Delphicorum usum agnoscas, velut μνᾶς δεκατέτορες I. G. A. 319. Plura apud Meyerum prostant *Griechische Grammatik*[2] p. 348. Monuit Schulzius.

5) Haec cum scripsissem, tandem in manus venit Westermanni *De litis instrumentis quae extant in Demosthenis oratione in Midiam* commentatio (Lipsiae 1844), qui p. 30 ampliorem de quattuor oraculis indaginem promisit, nec tamen stetit promissis. Dixit et ille tertium ab oratore alienum esse, de ceteris incertus.

semus, quae sub finem de servis praescribuntur. Ubi ex verbis καὶ στεφανηφορεῖν [ἐλευθέρους], καὶ δούλους καὶ ἐλινύειν μίαν ἡμέραν eiecimus quod a sententia oraculi recedit. Per grammaticam pertinet ἐλευθέρους καὶ δούλους ad στεφανηφορεῖν auctore Sauppio (O. A. I 667) aut ἐλευθέρους ad στεφανηφορεῖν et καὶ δούλους ad proxime sequentia trahendumst. Et hoc quidem admitti nequit, siquidem servi cum dominis feriantes corollis redimiri consentaneum est, illud absurdum ac pravum dicimus, quoniam ultimum de laboris immunitate praescriptum (καὶ ἐλινύειν μίαν ἡμέραν 'vel vacent diem unum') nisi de solis servis cogitari non potest. Servos negotiis liberos per unum tandummodo diem fuisse Anthesteriorum primum, qui vocabatur Πιθοίγια, et constat proverbio θύραζε Κᾶρες (i. e. servi), οὐκέτ' Ἀνθεστήρια (Zenob. II 33) et scholio Hesiodeo Op. 370 (p. 170 Vollbehr). Ex hoc vaticinio addiscimus, quod sprevere heortologi, praeterea Jovi et Apollini Anthesteriis publice Athenis boves mactatos esse[1]).

Primum vaticinium emendatius ex Sauppii coniectura nimis modeste editioni subscripta adposuimus. Quid enim esset εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας? 'Gratias ob anni proventus Baccho referre' interpretatur Buttmannus in commentario, tametsi non ἱστάναι χάριν sed ἀποδιδόναι graecum est. Hemsterhusius ἱστάναι ὡραῖον Βρομίῳ χορόν scripsit novo vitio in textum inducto: neque enim langueret sed ineptiret illud ἄμμιγα πάντας.[2]) Satis haec: vera Sauppii emendatio. Rei quid sit, declarat alterum oraculum Dodonaea praecedens, quo κατ' ἀγυιὰς κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χοροὺς Athenienses jubentur. 'Maturae Bacchi deliciae' crater est vino iamiam maturato refertus,[3]) in universum quasi Βρομίαν χάριν Anthesteria (non Dionysia Magna, quae interpretum opinatio est) Aristophanis Nubes 311 sq. praedicant. Mos ferebat Athenis Choum die, Anthesteriorum altero, per vias sedere inter se commixtos et potantes, unde illud ἄμμιγα πάντας manifesto explanatur. Itaque apertum est, oracula primum et quartum, hoc Dodonaeum Delphicum illud, ad Anthesteria publice in urbe celebranda referri.

Altius repetenda nunc est disputatio. Duo enim Athenis Bacchi templa erant publica, antiquius alterum extra urbem antiquissimam Limnis, ubi Lenaea et Anthe-

---

[1]) Genuinum praeterea exstat oraculum certe Delphicum in Macartatea § 66 (quocum conferas Magnetibus a Pythio datum *Herm.* 1891 p. 181) alteri ex quattuor Midianis simillimum. Hac ipsa similitudine Midiani illius oraculi origo Delphica demonstratur. De utroque sine fructu disputavit Wachholtz (*De litis instrumentis in Demosthenis quae feruntur in oratione in Macartatum* Kil. 1878 p. 39).

[2]) Absurde Hendess in oraculorum sylloga (*Diss. Hal.* IV p. 97) edidit ὡραίων Βρομίων χάριν. Nec melius Ribbeckius *l. c.* vertit „*Dem Bromios dank für seine segnungen darzustellen insgesammt.*"

[3]) Plut. Symp. III 7 (vol. III 2 p. 670 Wytt.) τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ ⟨Ἀνθεστηριῶνος⟩ μηνὸς κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες — καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πιεῖν ἀποσπένδοντες ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι — παρ' ἡμῖν δὲ ὁ μὲν μὴν καλεῖται Προστατήριος, ἕκτῃ δὲ ἱσταμένου νομίζεται θύσαντας Ἀγαθῷ δαίμονι γεύεσθαι τοῦ οἴνου μετὰ ζέφυρον. Loquitur Plutarchus Chaeronensis. Hinc Boeotorum Προστατήριος certo fastorum loco adsignatus est: Bischoff *De fastis Graecorum antiquioribus, Stud. Lips.* VII p. 343.

steria, alterum recentius Eleutherensi deo sub arcem exstructum, ubi Dionysia Magna, τὰ ἐν ἄστει, celebrari solebant. Quorum sic meminit Pausanias in *Atticis* I 2,4: ἐνταῦθα (in aede quadam) Πήγασός[1]) ἐστιν Ἐλευθερεύς, ὃς Ἀθηναίοις τὸν θεὸν εἰσήγαγεν. συνελάβετο δέ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον ἀναμνῆσαν τὴν ἐπὶ Ἰκαρίου ποτὲ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ. Deus Delphicus cum persuadere Atheniensibus vellet, ut in urbem Bacchi Eleutherensis religionem inferri paterentur, si cuius antea iam constituti sacri Bacchici mentionem omnino inicere placeret, oppidanum commemorare debuit.[2]) Quid ad Cecropios Icariensium exemplum? Ac si quis ita obloquitur, videri ex oraculi sententia, etsi fortasse perversa, iam id temporis urbi adiunctam fuisse Icariam, ut non male ex urbe ad Icariam provocari possit: nihilominus male esset provocatum. Neque enim Athenienses unquam obliti sunt vetustiorem Eleutherensi Jonicam Bacchi Lenaei religionem in suburbio Limnaeo viguisse.[3]) Quae cum ita sint, ad Lenaeum Limnis situm Apollinis de Icario admonitio tetendit. Accedit, quod Pandione regnante Bacchum ad Icarium devertisse Icariae cum iam pridem chronologi Attici statuissent (Apollod. III 14), rege eodem urbem quoque intrasse cum Bacchi sacris Icarius ipse censendus est. Pandionem legem separatim Choibus bibendi praesente Oreste matricida necdum purgato civibus primum imperasse Apollodorus Atheniensis exposuit.[4]) Hinc vaticinii Delphici initium expediri putamus αὐδῶ Ἐρεχθεΐδαισιν, ὅσοι Πανδίονος ἄστυ ναίετε κτλ'. nec credi sinimus Pandionem pro quolibet Athenarum rege, sed quia cum Bacchus in urbem introduceretur imperium teneret, nuncupari.[5])

Lenaeum suburbanum ex Icaria conditum esse ab ipso Icario auctori suo, sive periegeta sive Atthidographus videtur, Pausanias fisus narravit, et habet reapse 'Lenaeus' Atheniensium deus cum pagorum religione quaedam communia.[6]) Qua de re quid Eratosthenes in carmine elegiaco proposuerit, ne divinare quidem valuimus in *Analectis Eratosthenicis* p. 117. Proferre hodie liceat quod verisimillimum est. Reputes velim, in fabulae elementis, quae tradita Eratosthenes sive populi ore seu litteris excepit, Icarium fuisse etiam in urbe Bacchi sacra propagantem. Ac quae de Icarii morte excerpta ex Eratosthene exstant perlegenti in *Analectis* non pagorum Atticorum quempiam sed urbem (vel suburbium potius) attinere semel monito patebit. Pastores quidam Icarium extra Icariam patriam occidisse feruntur inebriati, recuperata post diem mente, eodem videlicet loco, inhumasse et ipsi aufu-

---

1) De Pegaso-Pagaso scripsimus in *Parergis Atticis* p. X.

2) Nihilosetius Icariense attingi opinatur Ribbeckius.

3) Thucyd. II 15, Apollodor. *in Neaeram* 76, alii. Publice iam Solonis aetate creditum est Jonicarum civitatum antiquissimam Athenas esse ac metropolin: Aristot. *De Athen. rep.* p. 14 Kenyon.

4) Schol. in Aristoph. *Ach.* 961.

5) Ante Theseum instituta Anthesteria esse iudicavit in Hecala Callimachus (Naeke Op. II p. 96, fr. 66a Schn.), a Demophonte Phanodemus Athen. X 437c.

6) Breviter inferius egimus de his p. IX[2]. A Nonno disci in hanc rem certi quicquam posse desperamus. Facit is Bacchum primum in urbem, deinde Icariam, hinc Naxum devertentem XLVII 1 sqq.

gisse. Aliquanto certius testium unus[1]) ad 'Bovile' venisse 'bubulcis' Bacchi dona daturum tradidit: γενόμενον δὲ ἐκτὸς τῆς πόλεως (Icariae) βουκόλοις οἶνον παρέσχεν. Ac solent bubulci sacrorum Bacchicorum tanquam adversarii et contemptores describi. Ad Thermopylas dei nutrices in mare 'Butes', Lycurgi frater, propellit; stimulo bovili (βουπλῆγι) cum Bacchas percellat ipse Lycurgus, bubulcum hunc quoque fuisse elucet. Composuimus haec *Herm.* 1888 p. 71 sq. Aliter paullo Butes, Lycurgi filius, Bacchi sacerdotes in ultionem patris variis affecit suppliciis.[2]) Par est ac paene necessarium, 'Bovile' illud trucidato per bubulcos Icario religionis Bacchicae tam strenuo propagatore et huic ex parte et deo in posterum sacrasse Athenienses. Iam vero Athenis in foro prope Prytaneum 'Bovile' solemni nomine vocatum exstabat cum sacris Anthesteriorum secundum Aristotelem *(De Atheniensium republica* p. 6) insuper coniunctum quam arctissime: ᾤκησαν δ' οὐχ ἅμα πάντες οἱ ἐννέα ἄρχοντες, ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς εἶχε τὸ νῦν καλούμενον Βουκόλιον πλησίον τοῦ Πρυτανείου (in foro) · σημεῖον δέ · ἔτι καὶ νῦν γὰρ τῆς τοῦ βασιλέως γυναικὸς ἡ σύμμιξις ἐνταῦθα γίνεται τῷ Διονύσῳ καὶ ὁ γάμος, Anthesteriorum scilicet die altero[3]) in Lenaei Limnaei territorio.[4]) Quid igitur? Necatum Athenis in foro (quod suburbium quondam fuisse persuasit mihi Wilamowitzius *Philol. Unt.* I p. 197) ad 'Bovile' a bubulcis Icarium narravisse Eratosthenem videtur probabile admodum.[5])

Limnas in foro locavimus Aristotelis potissimum invicta auctoritate confisi. His investigatis videndum, num cetera de Limnis foroque testimonia cum Aristotele concilientur. Ac primum quidem de Strabone agimus, quo vel nunc mirifice coram archaeologis Berolinensibus abusum esse Ernestum Curtium ex ephemeridibus comperimus[6]), X 447: Ἐρέτριαν (Euboicam) δ' οἳ μὲν ἀπὸ Μακίστου τῆς Τριφυλίας ἀποικισθῆναί φασιν ὑπ' Ἐρετριέως, οἳ δ' ἀπὸ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρετρίας, ἣ νῦν ἐστιν ἀγορά. ἔστι δὲ καὶ περὶ Φάρσαλον Ἐρέτρια, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ... Μελανηὶς δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ Ἐρέτρια καὶ Ἀρότρια. Athenarum fori 'Eretria' *(Ruderplatz)* olim nomen fuit, ut ἀρότρια *(Acker-*

[1]) Schol. ad Il. X 29. *Anal. Er.* p. 84.

[2]) Schol. Ovid. Ib. 607 (p. 101 et 186 sqq. Ellis).

[3]) Apollodor. *in Neaeram* 74—79.

[4]) Wilamowitz *Herm.* 1886 p. 617.

[5]) Sphelus Βουκολίδης, Iasi f., Atheniensis: Il. XV 338, Wilamowitz *Phil. Unt.* VII p. 249[14] — Βουκολίδαι gens Ithacensis: Aristoteles apud Plut. *Quaest gr.* 14. Κολλίδαι, gens Attica (Hes. *s. v.*), contractum ex composito aliquo nomine liquida recte geminata, velut *Θεηκολίδαι — cuius nomen cum Σφάλτης et Ἀπατήνωρ cognominibus Bacchicis componimus (Lyc. 207, G.G.A. 1889 p. 804, Reitzenstein *ind. lect. Rostoch.* 1890 p. 15). Fieri potest, ut bubulcos illos Athenienses ex Butadarum gente fuisse fabula voluerit, quibus vel Lycurgi nomen usitatissimum. Propria Butadarum Minervae et Neptuni (τοῦ Φυταλμίου) sacerdotia erant. Etiam Buzygarum aratio sacra ἡ ὑπὸ τὴν πόλιν trahenda huc videtur (Wachsmuth *Stadt Athen* I p. 222).

[6]) Cf. *Attische Studien (Abh. d. Göttinger Gesellschaft d. Wiss.* X 1866 p. 163 sqq.). Plauserunt cum alii tum Wieselerus in programmate Gottingensi 1860, ubi de loco quo ante theatrum Bacchi lapideum exstructum Athenis acti sint ludi scenici disseritur; primus iure oblocutus est Bursianus *(De foro Ath.* Turici 1865 p. 13). Cf. Ross *Theseion* p. 41.

platz) ποιήτρια ἡγήτρια ἀναγέτρια alia multa formatum. Congruit Κῶπαι vel Κώπα urbis Boeoticae appellatio *(Ruderplatz)* ad lacum sitae, nec latuit antiquos homines: Etym. Magn. *s. v.* Εἰρέσιον] πόλις Βοιωτίας. ὅτι κατακλυσμοῦ ποτε γενομένου συνέβη περὶ Βοιωτίαν πολλὰς λίμνας ἀναφανῆναι. οἱ οὖν ἐγχώριοι πλάταις καὶ κώπαις καὶ εἰρεσίᾳ κεχρημένοι τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίας ἐποιοῦντο· ἐκ τούτου οὖν τὰς πόλεις ὠνόμασαν, ἀπὸ μὲν τῶν πλατῶν Πλαταιάς (?), ἀπὸ δὲ τῶν κωπῶν Κώπας, ἀπὸ δὲ τῆς εἰρεσίας Εἰρέσιον. Fuit igitur cum in aquoso fori territorio remigabant accolae. Juvat hac de re alteram Strabonis disputatiunculam legisse, unde pauca delibamus. IX 406 disserens de urbibus Boeoticis τοὺς αὐτοὺς τόπους ait ποτὲ μὲν πλεῖσθαι, ποτὲ δὲ πεζεύεσθαι, καὶ τὰς αὐτὰς πόλεις ποτὲ μὲν ἐπὶ λίμνῃ, ποτὲ δὲ ἄπωθεν κεῖσθαι. Quam sententiam probaturus hisce utitur exemplis: "Ελος τε καὶ Ἑλεὼν καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρῦσθαι· νῦν δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχει ταῦτα, ἢ ἀνοικισθέντων ἢ τῆς λίμνης ἐπὶ πολὺ ταπεινωθείσης διὰ τὰς ὕστερον γενομένας ἐκρύσεις· καὶ γὰρ τοῦτο δυνατόν. Novo argumento ad regionem forensem Limnas revocamus et posse fieri sentimus, ut cum Halipedo urbem inter et Piraeum porrecto olim cohaeserint. Qua de re penes quos est iudicium geologi iudicent. Nos antequam iter instans persequamur, de Eretria forensi edocti ritum quendam Anthesteriorum paucis inlustrabimus. Sacrasse Athenienses Chytrorum diem tum Mercurio 'Chthonio' tum iis qui cataclysmo Deucalioneo consumpti interierint perhibentur[1]), cum ceteroquin Deucalionis recordatio Olympieo et Ilisso quodammodo adfixa sit: hiante terra illic aquae discurrisse credebantur (Paus. I 18, 7). Ritus explicatur, dummodo 'Limnis' ad ipsum Lenaei situm fluctibus haustos supponas. De re quidquid iudicabimus, crevisse narrationem ex vera loci naturae existimatione ac memoria sine ulla dubitatione pronuntiamus[2]).

Deinceps ad Pausaniae fori descriptionem accedendum est I 3, 1: τὸ δὲ χωρίον ὁ Κεραμεικὸς τὸ μὲν ὄνομα ἔχει ἀπὸ ἥρωος Κεράμου, Διονύσου τε εἶναι καὶ Ἀριάδνης καὶ τούτου λεγομένου. Regionis figlinae eponymum Bacchi filium ex locorum situ explicari oportet, cum antiquissima Bacchi in Ceramico religio floruerit. Et Ariadnam sacris Bacchicis in eodem territorio sociatam concludimus: cuius consortii quaedam etiam alia vestigia occurrunt.[3]) Indicat verbis καὶ τούτου scriptor se alium vel etiam com-

[1]) Theopompi hac de re narratio ex scholiis in Aristoph. *Ach.* 1076 (ubi praeterea Philochoreum exstat) et *Ran.* 218 Didymeis refici potest, cf. Etym. Magn. *s. v.* Ὑδροφόρια. 'Choas' ut Theopompus ita lexicographi (Photius et Hesychius s.v. μιαρὰ ἡμέρα) in universum dicunt Anthesteria.

[2]) Simile quid Copaidis accolae narravisse traduntur apud Pausaniam IX 24,2. Hesychii Λιμναγενής quo spectet succedente interpretatione facile patet, ad Atheniensium scil. Bacchum Limnaeum.

[3]) Vide quam inter se similes sint 'regina' archontis regis uxor, quotannis Baccho in Lenaeo nupta, et Ariadna sive rapta a Baccho sive eidem deo in matrimonium concessa: 'reginae' videlicet Atheniensum Baccho debentur. Nec ortus est hic mos in Attica, sed extrinsecus perlatus et inter vetustissima cultus Bacchici elementa numerandus. Missis sacris Creticis Naxicis Sicyoniis (Paus. II 11,3) Aetolorum religionem componimus: Serv. ad Verg. *Aen.* IV 127 *Cornelius Balbus Hymenaeum ait, Magnetis f., musicae artis peritum pulchritudine muliebri, dum nuptias Liberi patris et Althaeae religiosis cantibus celebrat, exspirasse: propter quod ei talis honor in nuptiis attributus est, ut celebratio nominis eius nuptiarum

plures alios Bacchi ex Ariadna filios, Atticos nimirum, cognovisse. Omissos addimus ex Attica fabula a nobis *G. G. A.* 1889 p. 809 sqq. restituta, Euneum et Thoantem. Eunidarum gens ab Euneo denominata, excellens et re musica et navali, Bacchi 'Melpomeni' (eiusdemque 'Marini': *G. G. A. l. c.*), qui in foro templum Pausania teste possidebat, sacerdotio fungebatur (*C. I. A.* III 1, 274). Credamus duo Bacchi templa publica fuisse forensia? Ergo Lenaeus ipse est Melpomenus. Continget forte, ut difficillimum Pausaniae de Baccho forensi locum iamiam rectius quam factum adhuc est interpretemur I 2, 4: στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐς τὸν Κεραμεικόν ... ἡ δὲ ἑτέρα τῶν στοῶν ἔχει μὲν ἱερὰ θεῶν, ἔχει δὲ γυμνάσιον Ἑρμοῦ καλούμενον. ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Πουλυτίωνος οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν Ἐλευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν Ἀθηναίων φασὶν οὐ τοὺς ἀφανεστάτους[1]). ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἀνεῖτο Διονύσῳ. Διόνυσον δὲ τοῦτον καλοῦσι Μελπόμενον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε, ἐφ' ὁποίῳπερ Ἀπόλλωνα Μουσηγέτην ... μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενός ἐστιν οἴκημα ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ, βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν καὶ Διόνυσον. Pulytionis domus Melpomeno non ante quintum saeculum exiens sacrata proxime ad Bacchi τέμενος quoddam, hoc ipsum ad forum vel in foro fuisse e Pausaniae descriptione desumimus. Itaque repertum vel apud periegetam Lenaeum est neque amplius tantae omissionis Pausanias insimulandus[2]).

Lenaeum si forense erat, in foro ludi scenici Lenaeis destinati ante aedificatum sub arcem theatrum lapideum coram Baccho Lenaeo agendi erant. Voluit hoc proba Eratosthenis doctrina ex fragmentis nonnullis reficienda. Quae cum vel Wilamowitzius minus dextre recensuerit eo libentius iterabimus, quo magis detrahi nihil huius fidei posse perspeximus[3]). Haec igitur congerimus:

Photius *s. v.*	Pausanias apud Eustath. 1472,7 (p. 173 Schwabe)	Hesychius *s. v.*	Hesychius *s. v.*	Hesychius *s. v.*
ἴκρια] τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας, πρὶν ἢ	ἰστέον δέ, ὅτι ἴκρια προπαροξυτόνως ἐλέγοντο καὶ τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀφ' ὧν ἐθεῶντο	ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών] ἔστιν ἐν τῷ ἄστει[4]) Λήναιον περίβολον ἔχον μέγαν καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διο-	παρ' Αἰγείρου θέα] Ἐρατοσθένης φησίν, ὅτι πλησίον αἰγείρου τινὸς θέα (αἴγειρος δ' ἐστὶ	Αἰγείρου θέα] αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ (Lenaei), ἔνθα πρὶν γενέσ-

iungendarum perpetuum omen esset. Bacchi et Physcoae conubium Elei efferebant (Paus. V 16,7). Hinc probabile, etiam Icarienses Bacchi cum hospitae nuptias praedicasse. Nec dissentit 'Phanotheae' Icarii feminae nomen (*Anal. Erat.* p. 135) 'deam claram' significans, non aliter quam Ἀριδήλη, solemnis Cretensium Ariadnae appellatio (conferatur Λευκόθεα). Praesente Baccho dei plena hexametrum recitasse prima ferebatur. Verum est quod coniectavit O. Jahnius (*Arch. Beitr.* p. 207). Denique Bacchi cum Ariadna consortium publice Oschophoriorum die Athenienses ita celebrabant, ut a 'Dionysio' in portum Phalericum oschophoros currere iuberent (Plutarch. *Thes.* 23). Templum nescientibus accidit, ut modo Lenaeum modo alterum illud sub arcem exstructum commendarent. Lenaeum cur praeferendum esse nobis videatur, facile divinaveris.

[1]) Dicit Pausanias Alcibiadis sodalicium Hermocopidarum tempore Pulytionis domo utentium: Andoc. I p. 12.

[2]) Melpomenum Acharnenses Anthium Phlyenses habebant (Paus. I 31): patet Icariam si adsumpseris, quam arcte sacra Bacchi Rustica cum Lenaeo Atheniensi cohaereant.

[3]) Ad Eratosthenem quae composuimus frustula revocavit iure Streckerus *De Lycophrone* p. 22.

[4]) Nimirum Θεμιστοκλείῳ: Wilamowitzius *Herm.* 1886 p. 618.

κατασκευασθῆναι τὸ ἐν Διονύσου θέατρον.	τὸ παλαιὸν τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας, πρὶν σκευασθῆναι τὸ ἐν Διονύσου θέατρον. ὅτι δὲ τὰ τοιαῦτα θέατρα 'θάλασσα κοίλη'[1]) ἐλέγοντο, Παυσανίας δηλοῖ.	νύσου ἱερόν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων,[2]) πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι.	φυτοῦ εἶδος) ἐκ[3]) τῶν ἰκρίων. ἕως οὖν τούτου τοῦ φυτοῦ ἐξετείνετο καὶ κατεσκευάζετο τὰ ἴκρια,.. ἐφ' οἷς ἐκαθέζοντο (scil. Lenaeorum spectatores) πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον.	θαι τὸ θέατρον τὰ ἴκρια ἐπήγνυον (Cratinus fr. 339 K.).

Ad Eratosthenis studia comica redire haec frustula critici fere consentiunt. Iidem cur populum illam tabulatis vicinam in ipso foro florentem testari Eratosthenem pernegent, ignoramus. Res aperta neque novis quae suppetunt opus est argumentis. Quid? quod rursus apud Hesychium exstat disertis verbis scriptum, eandem populum in foro spectatam esse? Vel invitus hoc concessit Wachsmuthius dissentiente graviter Wilamowitzio: ἀπ' Αἰγείρων] „Ἀνδροκλέα τὸν ἀπ' Αἰγείρων" ἀντὶ τοῦ συκοφάντην, ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ αἰγείρου τὰ πινάκια ἐξῆπτον. § οἱ ἔσχατοι (scil. spectatores). Duo de eadem re dicta offert lexicographus, quorum alterum nimis illud quidem breve ex glossa Eratosthenica supra adscripta recte explicavit Wachsmuthius (*Stadt Athen* I p. 511). Nos tutum traditionis tramitem persequentes hoc de Lenaeo testimonium cum iis copulamus, quae hucusque a nobis non sine praeclarissimorum virorum dissensu disputata sunt,[4]) nec miramur Bacchum quippe qui inter 'Paternos' deos vel — ut Schoemanni dicto utamur — 'Patritos' referretur in ipsa fori luce Athenis cultum esse[5]).

[1]) χελώνην dicit biographus Aeschyli (Suid. *s. v.* Αἰσχύλος).

[2]) Mente carere scripturam Ἀθηναίων negamus, quoniam solummodo de Lenaeo sermo est, de aliis templis non item.

[3]) ἐκ scripsi: ἐγγὺς libri. Confusam glossam putat Wilamowitzius (*ib.* p. 598[1]).

[4]) Stephanus tradidit *s. v.* Λήναιος] ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς ἀπὸ τῆς ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. Apollodori scientiae non obtrudimus quod scholiasta Aristoph. *Ach.* 202 et 504 (Wilamowitz l. c. p. 615) commisit confusis inter se Lenaeis et Dionysiis Rusticis. Emendamus ἀγορᾷ. — De Bacchi propylaeo, unde Hermocopidas ab Odeo conspexit Diocides orchestram intrantes (Andoc. I 38), in diversas sententias discessum est. Eleutherensis templum dici putat Wilamowitzius (*Herm.* 1886 p. 601[1]), Loeschckius eiecto Bacchi nomine scribi iubet: ἐπεὶ δὲ παρὰ τὸ προπύλαιον [τὸ Διονύσου] ἦν, ὁρᾶν ἀνθρώπους πολλοὺς ἀπὸ τοῦ Ὠιδείου καταβαίνοντας εἰς τὴν ὀρχήστραν· δείσας δὲ αὐτούς, εἰσελθὼν ὑπὸ τὴν σκιὰν καθέζεσθαι μεταξὺ τοῦ κίονος καὶ τῆς στήλης, ἐφ' ᾗ ὁ στρατηγός ἐστιν ὁ χαλκοῦς (*Enneakrunosepisode bei Pausanias* p. 6). Neutrum probamus. Nam strategi statuam illo tempore multo verisimilius (cum de arce cogitari nequeat) in foro quam in Dionysio sub arcem conlocato exspectandam esse cum Loeschckio rati Lenaei forensis et propylaeum intellegimus et orchestram (Plato *Apol.* 26e. Timaeus *Lex. Plat. s. v.* Photius *s. v.*).

[5]) Λήναιον a torculari (ληνός: quod et antiqui et recentiores volunt etymologi) devenisse rectissime pernegavit Ribbeckius l. c. p. 13[9] ac cum λῆνα (= βάκχη vel μαινάς) composuit (μαίνεσθαι καὶ ληναΐζειν Διονύσῳ Heraclitus fr. CXXVII Bywater). Conferimus Bacchum Μύστην Tegeatarum (Paus. VIII 54,5). Λήνα mulier in titulo Dorico Ambraciae reperto adparuit (*Herm.* 1891 p. 149) monente G. Schulzio. Quo titulo

Restat Thucydides. Dixit hic vetustissimam Atheniensium urbem arce et ea posterioris urbis parte comprehensam fuisse, quae fere meridiem vergit: ad hanc enim regionem sacra quaedam suburbana perantiqua posita adparere, Olympieum Pythium Telluris templum Lenaeum τὸ ἐν Λίμναις. Olympieum et Pythium volturnum spectant (SO), Limnae caurum (NW): quae media interiacet africi pars (SW), dici haec apte potest πρὸς νότον μάλιστα (fere) τετράφθαι. Urbis igitur posterioris quae quasi rota circulo cingat arcis umbilicum (πόλιος τροχοειδέος Herod. VII 149) figuram duos in semicirculos distribuit sibi Thucydides linea a cauro (NW) ad volturnum (SO) traducta, alterum πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον (SW), alterum aquilonem versus porrectum (NO), et illo quidem semicirculo inferiore antiquissima sacra suburbana cum contineantur, conclusit ad hanc partem, quae est circa meridiem (SW), patuisse urbem antiquitus. Rei multifariam perpensae neque inde a iucundissima commoratione Attica unquam intermissae quid serio officiat non intellegimus, attamen tacendum esse iudicavissemus, nisi nuper reperto Aristotelis testimonio Lenaei Limnaei positio forensis pro certo explorata esset. Et quoniam in tanta re dissentire Aristotelem a Thucydide cogitari nequit, fecimus periculum quod necessario faciendum erat Thucydideam orationem non Atheniensibus quidem verum nobis parum intellectam ex Aristotele declarare. Topographi Athenienses velimus iam ferant sententiam.

Fori sacra persequentes disputandi initium ab Antigono Carystio petimus: Athen. III 88 Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ λέξεως τὸ ὄστρεον τοῦτο (τὸ ὠτάριον) ὑπὸ Αἰολέων καλεῖσθαι 'οὖς Ἀφροδίτης' et Hesych. *s. v.* οὖς Ἀφροδίτης] οἱ ἁλιεῖς ὄστρεόν τι οὕτω καλοῦσιν. Patet aut ἁλιεῖς aut Αἰολέων aut utrumque corruptela depravatum esse. Accedit qui scripturam ἁλιεῖς communiat (quamvis bis cedere 'piscatores' 'Aeolensibus' voluerit Wilamowitzius *Philol. Unters.* IV 174) Athenaeus VII 297 d: οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ ἱερείων τρόπον ἐγχέλεις θύονται, ὁπότε καὶ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ λέξεως τοὺς ἁλιέας λέγει θυσίαν ἐπιτελοῦντας τῷ Ποσειδῶνι ὑπὸ τὴν τῶν θύννων ὥραν, ὅταν εὐαγρήσωσι, θύειν τῷ θεῷ τὸν πρῶτον ἁλόντα θύννον, καὶ τὴν θυσίαν ταύτην καλεῖσθαι 'θυνναῖον'. Attamen ne primo loco ἁλιέων pro Αἰολέων reponas, impedimento esse absentiam articuli rectissime Wilamowitzius monuit. Quid igitur? Rescribimus simpliciter, quod acutissimos criticos latuisse miramur, Ἁλιέων-Ἁλιεῖς-Ἁλιέας et de Halicae incolis natione Tirynthiis cogitamus, quorum memoriam feliciter nuperrime instauravit Tuempelius (*Philol.* II 1889 p. 687). Quodsi Halienses Peloponnesii primum thynnum Neptuno solemniter sacrificabant, recuperata haec notitia facit ad

---

cum glossa Hesychii λῆναι] βάκχαι· Ἀρκάδες conexo η nativum esse in λῆνα, debilitatum in ληνός 'torcular' ex titulo Syracusano (150 inter Kaibelianos), ubi λανός scriptum est, idem conclusit. λανός etiam libri Theocritei VII 25 continent.

sacrum quoddam Atticum rectius aestimandum. Halaeenses enim, Atticae occidentalis demotae, lucrum quoddam ex thynnis perceptum Apollini suo Κυννείῳ sacrum esse volebant; idem deus in Hymetto delubrum habuit (Phot. *s. v.* Κύνειος). Disputavit de hoc numine perutiliter Kirchnerus noster in *Atticis et Peloponnesiacis* p. 50, ut tamen naturam dei non magis perspiceret quam nos ante hos decem annos potuimus. Marinum hunc Apollinem fuisse praestat 'thynnaeum' illud Halaeense, docet nominis origo et significatio, de qua nos in *Herma* 1890 p. 405[2] iudicasse putamus verissime. Κύννειος a Κύννης derivari trita doctrina est. Κύν-ν-ης lege solita breviatum a composito aliquo oritur, cuius prior particula radicem κυν comprehendit. Complura nobis fingimus integra nomina quae quadrent, verum aptissimum videtur et proximum Hesychii Κυνάδης] Ποσειδῶν Ἀθήνησι τιμᾶται. Coaluit Κυνάδης ex Κυνο-άδης regula Wackernageliana — velut Δημάδης ex Δημο-άδης, Ἀθηνάδης ex Ἀθηνα-άδης (quocum conferas Δητόφιλος et Δημόφιλος, Δητοῖ et Δημοῖ i. e. Cereri carus), αὐθάδης ex αὐτο-άδης, Μολπαδία ex Μολπα-άδια (suppressa aspirata, quod in Λεύκιππος aliis habetur), Δηώδης ex Δηο-άδης (depravatum in Λειώδης Homericum), Χαλκώδων ex Χαλκο-άδων[1]) — et 'canibus gaudentem' significat, marinis videlicet siquidem de Neptuno agitur, neque secernendum est hoc cognomen a Coorum Baccho Σκυλλίτᾳ (*Herm.* 1891 p. 178 sqq.), Phoco, aliis.

Ostendi potest Apollinis Hymettii naturam in occidentali montis parte culti multo latius patuisse nec marini numinis potestate constringi. A. Ἕρσον[2]) ad Zosterem promuntorium Anaphlystii venerabantur (*C. I. A.* I 430). Ille 'rorem afferens' est, Ἑρσο-φόρος intacto nomine, nec differt ab Jonum A. Ἑῴῳ (Apollon. II 686 cum scholiis) neque ab Ἐναύρῳ Cretensium (Hesych *s. v.*).[3]) Quid? quod 'Matutinus' ille Apollo Hymettius deorum more in Cephali herois figuram abiit? Qui nihilosetius priscam indolem et originem genuinam non plane occultavit. Cephalus primo diluculo Hymetti capita perlustrans[4]) ab Aurora expetitus Apollini 'Herso Matutino' perquam

---

[1]) A Χαλκο-οδών (ὀδούς) derivare nomen non recte mihi A. Wackernagelius videtur laborante sententia (*Das Dehnungsgesetz der griechischen Composita* Basel 1889 p. 48). An Ἀγελάδας ex Ἀγελα-αδας provenit? De Hesychii Φολάδα] Ἑκάτη quid statuendum sit, nescimus.

[2]) Cf. Hesychium *s. v.* Ἕρρος (quod ex Ἕρσος factum est)] ὁ Ζεύς et *s. v.* Ἐρσαῖος] ἀέριος Ζεύς. Ceterum Anaphlystus eponymus Troezene perhibetur in Atticam immigrasse (Paus. II 30,8).

[3]) Ἄρτεμις Προσηῴα in Artemisio promuntorio Euboeae septentrionali culta (Plutarch. *Themistocl.* 8, Lolling *Mittheil.* VIII 1883 p. 7) frivolis hominibus advecta ex Phoenice videbatur. Dii Προσηῷοι vel Ἀῷοι: Roscher M. L. *s. v.* Aooi, ubi tamen procuduntur quae obstupescas. Cum Diana 'Matutina' componimus Ἐνδίαγρον (Hesych. *s. v.*) Wentzelio (Ἐπικλήσεις in indice) obscuram: est ἡ πρὸς τὸ ἔνδιον ἀγρεύουσα (aliter Pan ex venando tunc temporis requiescit apud Theocr. I 16). Quae ludunt circa meridiem nymphae (Callim. *in Cer.* 38) Ἐνδηίδας hypocoristice vocantur Cypriis (Hes. *s. v.*). Ἐνδηίς, Aeaci uxor Pelei mater, potest ex Ἐνδίαγρος nominata esse. Haec ratio simplicissima latuit Hoffmannum (*Die griech. Dial.* p. 113).

[4]) Hymn. Hom. *in Apoll. Del.* 23 sqq. de Apolline:

πᾶσαι δὲ σκοπιαί τοι ἅδον καὶ πρώονες ἄκροι
ὑψηλῶν ὀρέων ποταμοί θ' ἅλαδε προρέοντες
ἀκταί τ' εἰς ἅλα κεκλιμέναι λιμένες τε θαλάσσης.

adfinis eundem montem attinenti adparet. Cephalus ob Procridis necem octo annos exsul Apollinis mythologos dudum admonuit per tantidem temporis occiso Pythone profugi. Cephalidae non modo Cephalum, gentis et auctorem et eponymum, verum praecipue Apollinem colebant. Novam igitur Cephali personam recte dicemus ex Apolline succrevisse. At 'Pythius' fertur Cephalidarum Apollo. Quam appellationem ad Delphicum deum veremur ne praepropere et inconsulte etsi summo omnium consensu referatur. A nobis impetrare nequimus, ut adiectivo 'Pythius', ubicunque occurrit, notari 'Delphicum' existimemus.[1]) Illud enim indubitabile, quin Megarensium ac Peloponnesiorum A. Πυθαεύς neque ab urbe Πυθώ — unde Πυθῶος *C. I. A* III 1, 116 — neque a dracone Πύθων sed a *Πύθα absoleto, ut Κρηταεύς Βησαεύς a Κρήτα Βῆσα, descendat. Missis vetustis antiquorum sed absurdis etymologiis originem ac significationem vocis si quaerimus: compositum Πύ-θ-α est sicut πλή-θ-α ex radice πλα, σή-θ-ω ex radice σα, ἔσ-θ-ω ex r. ἐδ, *ἴ-θ-ος[2]) et ἴ-θ-μη ex r. ἰ, alia sexcenta quae optime congessit G. Curtius (*Etymol. Graec.*[5] p. 63). Licet per linguam ex radice πυ 'putrescere' proferre Πύ-θ-α et Πύ-θ-ιος: at quid quaeso sibi vellet 'putrefaciens' Apollo? Nos Cephalidarum A. Πύθιον esse 'Ερσοφόρον postquam cognovimus, φυ radicem, attenuata recte propter insequens θ aspirata, in Πυ-θ- investigasse nobis videmur.[3]) Prodeant exempla: Φυτία Latona apud Phaestios Cretae (Ant. Lib. 17), Φύτιος et Sol et Juppiter (Hes. *s. v.*) et Aetolus ille Oenei pater Oresthei filius (Ath. II 35 a), Φύταλος heros Atticus, Φυτάλμιος item Juppiter et Neptunus et Bacchus atque adeo Apollo (Hesych. *s. v.* Anecdota Varia ed. Studemund I p. 267,8),[4]) 'Αεξίφυτος Bacchus (Nonn. 47,7), Φυσκόα Elea Bacchi amata (Paus. V 16,7), Φυσίζοος Ceres vel Ζείδωρος (Anecdota eadem p. 270: hinc Hesychii Ζέα] ἡ 'Εκάτη παρὰ

[1]) Πατρῷος Apollo Delphicus Magnetibus ad Maeandrum fuit, quos Delphis deductos esse Strabo XIV p. 647 tradidit iniuria a Meinekio vexatus in praef. vol. III p. IV. Eosdem Magnetes vel in regione Nysaea simul cum *Lydis* Caribus Jonibus accoluise Maeandrum idem XIII p. 628 sq. testatur. Hinc est quod gens pernobilis Nysaea nomina a Πυθ- formata exhibere solet: cf. *Ath. Mitteilungen* 1891 p. 95 sqq. Ceterum quod Chaeremo, 'Pythodori' f., duci Romanorum Apameae sexaginta milia modiorum tritici donavit *ib.*, comparamus cum 'Pythii' *Lydi*, Atyis f., qui Xerxis copias Celaenis prope Apameam excepit, hospitio. Narravit Herodotus ab harum regionum incolis audita. Velim titulum illum nuper repertum Trautweinius secum reputet, ut corrigat quae in commentatione de Dicaeo *Herm.* 1890 p. 550 sqq. praeclare scripta nimium sciendi studio abreptus erravit.

[2]) *ἴθος ex ἐρίθος, i. e. ἐρι-ἴθος minister (proprie 'admodum velox'), refingimus. Rectissime igitur interpres Theocriti Ambrosianus ad III 35 ἁ Μέρμνωνος ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως] μισθώτρια ὑποχορευτικῶς adnotavit. Quae subiunxit ἔστι δὲ καὶ ὄρνεον, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα immerito Hillero probata sunt. 'Ίθακος heros ('velox') Ithacae eponymus (Od. XVII 207) nomine hypocoristico utitur, ut Τροχίλος fabularis Cereris Eleusiniae sacerdos Argivus (Paus. I 14,2). Cum Trochilo Τελεσίδρομον heroem Eleusinium comparamus (cf. Kirchhoffium ad *C. I. A.* I 5). Totus hic de deorum ministris locus non sine multarum rerum emolumento pertractabitur inde a Mercurio Τρόχι 'Εριουνίῳ 'admodum veloci' (cf. Hoffmann *Die griech. Dial.* p. 276) et Iride, quam formatam putamus a radice fι (ἵεμαι currere), ut ἶρος ab ἱαρός devenit.

[3]) Πύτιος, quod est in quibusdam Cretensium titulis, natum esse ex formarum Πύθιος et Φύτιος confusione, ut κιτών ex χιτών et κιθών, suspicatur bene Gulielmus Schulze.

[4]) Siphniis 'Ένaγρος Apollo, i. e. ὁ ἐν τοῖς ἀγροῖς (idem atque Μελέαγρος), Hesych. *s. v.*

Ἀθηναίοις decurtatum est).[1] Melius et idoneum magis iuxta Apollinem Ἕρσον magisque consequens quod possit mente fingi quam 'fecundans' ille et 'procreans' Apollo Πύθιος-Φυτάλμιος, non extricamus. Indidem Pytho 'serpens' explicandus. Segetum autem incrementa qui auget, eundem detrimento esse posse elucet. Quapropter a Rhodiis Apollo Ἐρυθίβιος (Ἐρυσίβιος) colebatur (Strabo XIII 613),[2] qui 'robigine agros perdit' — nam* Ἐρύθιβος ex* Ἐρυθ-ί-βωλος contractum esse conlato ἐριβῶλαξ nobis persuasimus — alibi Ceres frugum parens Καῦστις, Minerva modo Πάνδροσος modo Ἀλέα (quam vocem de nimio calore aestivo Hesychius intellegit) modo Αἴθυια ab αἴθειν formata (Paus. I 5,3. 41,6). Erysichthoni hinc tandem aliquando lux et explicatio adfertur. Nam quoniam ἐρύειν nunquam est 'evellere' vel 'discindere' sed 'trahere',[3] ob verbi significationem Ἐρυσίχθονα 'telluri vim arando inferentem' intellegere prorsus vetamur Nec qui arat ex Graecae religionis pietate committit quod iram Cereris, sed quod gratiam et beneficium provocet. Fuere qui sentirent quadamtenus, deficiente tamen argumentorum fide, ad robiginem agris perniciosissimam Erysichthonem pertinere, velut Carolus Odofredus Muellerus *(Proleg. zu einer wiss. Myth.* p. 162). Ipsi nos in vocis parte priore radicem ἐρυθ- agnoscimus propter ι sequens in ἐρυσ- conversum et nomen idem valere dicimus atque *Ἐρυσίβωλος, praesertim cum Αἴθων 'urens' cognominetur Erysichtho. Heros Prasiensis religionis Apollineae trans mare fertur strenuus fuisse propagator.[4] Ratio adparet: Erysichtho ex Apollinis numine non aliter quam Cephalus pullulavit.

Comprehendimus quod assecuti sumus. Praeest Apollo Atticus in regione Hymetti dictus Πύθιος Ἕρσος Ἕῳος Κύννειος telluris et maris proventui. 'Pythium' deum simul et 'Marinum' etiam alibi videmus sociatos, velut Delphis et Cnosi teste et hymno in Pythium Homerico[5]) et titulis Cretensibus, ubi tamen Marinus non 'Κύν-

[1]) Phytalus, gentis Phytalidarum eponymus num ad Neptunum Phytalmium referendus sit an Apollinem Πύθιον an neutrum, ex nomine dispici non potest. Discrimen ex Thesei historia sumendum est intempestivis coniecturis nuper depravata.

[2]) Ῥόδιοι δὲ Ἐρυθιβίου Ἀπόλλωνος ἔχουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ἱερόν, τὴν ἐρυσίβην καλοῦντες ἐρυθίβην (= *ἐρυθίβωλον).

[3]) Male rem gessisse Prellerum *Demeter und Persephone* p. 331 [7] ex ipsa locorum quam contulit Homericorum sylloga manifestum.

[4]) Schol. Ovid. *Ib.* 615 (p. 101 Ellis) vastator quidam segetum a Cerere missus in exsilium periisse fame narratur. Nomen huic in codicibus inditum modo *Erisicus* modo *Eristeus* recte ad ἐρυσίβην rettulit Ellisius. An fuit '*Erysibus*'?

[5]) Hymni patria nec constat neque investigabitur, dum ii ipsi versus, unde capi de origine carminis coniectura possit, proscribantur (Weniger *Die relig. Seite der grossen Pythien* p. 10). Versus 127—177 de Typhone e Iunone nato et Delphos ad Dracaenam transmisso genuini sunt, siquidem caesae Dracaenae Delphicae descriptio, nisi illos respexeris, intellegi nequit. Legenti enim haec Apollinis ad mortuam verba

οὐδέ τι σοι θάνατόν γε δυσηλεγέ' οὔτε Τυφωεὺς
ἀρκέσει οὔτε Χίμαιρα δυσώνυμος, ἀλλὰ σέ γ' αὐτοῦ
πύσει Γαῖα μέλαινα καὶ ἠλέκτωρ Ὑπερίων

in mentem veniat genealogia Chimaerae Hesiodea, quae Typhonis et Echidnae ex puella et serpente mixtae progenies dicitur. Lyciamne hoc ducit vestigium? Incipit carmen ipsum;

νειος' vocatur, sed (quod ad idem recedit) Δελφίνιος. Quadrat praeclare Troezeniorum Apollo Nauta (Ἐπιβατήριος Paus. II 32,2) et templo celeber et certamine Pythio per Diomedem instituto, praeclarius etiam Atheniensium Delphinius, cui publice Pyanopsia messe condita gratiae causa agebantur. Vocem festi oblitteratam felice acumine declaravit Brugmannus, quamvis uti invento nemodum concupisceret, *Griech. Grammatik* p. 20[1]: *Samisch* κυανο- *in* Κυανοψιών *steht für kunano- und verhält sich zu* πανο- *in* Παν-όψια *(ausserhalb Attikas gebrauchte Form Harp.* p. 161,30), *wie* δύω *zu* δώδεκα, *wie* ἐφύην *zu* ὑπερφίαλος *(aus* ὑπερ-φϜ-ίαλος). *Die Form* πύανος (Πυαν-όψια Πυαν-έψια) *ist eine jüngere Mischbildung. Die Wurzel ist* κυ- *in* κύος κύαρ *etc., zu der auch* παντ- *gehört* (cf. p. 120). Πάνοψ[1]) igitur est 'omnia coquens, maturans',[2]) Apollo videlicet Delphinius cuius Pyanopsia sunt ob maturatas fruges instituta[3]). Transitum haec in urbem ipsam nobis paraverunt.

Apollini 'Patroo' Atheniensium pietas antiquum in foro fanum exstruxerat, 'Pythium' (deum Delphicum) recentiore aetate opulento templo extra muros ad Ilissum colebant, 'Delphinium' quo loco adoraverint incertum. Res ad locorum positionem devenit perversa nostratium interpretatione obscuratam. Itaque dilucida Pausaniae verba a vi et iniuria vindicaturi adscribimus I 19,1—2: μετὰ δὲ τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου πλησίον ἄγαλμά ἐστιν Ἀπόλλωνος Πυθίου (ἔστι δε καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἐπίκλησιν Δελφινίου· λέγουσι δέ, ὡς ἐξειργασμένου τοῦ ναοῦ πλὴν τῆς ὀροφῆς ἀγνὼς ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο Θησεὺς ἐς τὴν πόλιν· οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη καὶ πεπλεγμένης ἐς εὐπρεπὲς οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸν τοῦ Δελφινίου ναόν, οἱ τὴν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χλευασίᾳ, ὅτι δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη. Θησεὺς δὲ ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδέν, ἀπολύσας δέ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἣ σφισι παρῆν, ἐς τὸν ὄροφον ἀνέρριψεν ὑψηλότερον ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιοῦντο)[4]) ἐς δὲ τὸ χωρίον ὃ Κήπους

ὦ ἄνα, καὶ Λυκίην καὶ Μῃονίην ἐρατεινὴν
καὶ Μίλητον ἔχεις, ἔναλον πόλιν ἱμερόεσσαν,
αὐτὸς δ' αὖ Δήλοιο περικλύστης μέγ' ἀνάσσεις.

Notus ex Herodoto et Pausania Olen Lycius Deliorum hymnographus. — Pythonis Delphici filius Αἶξ: Plutarch. *Quaest. gr.* 12. Vel Athenienses 'Chimarum' habebant, Chimaridarum eponymum (Hesych. *s. v.* Χιμαρίδαι).

1) Neminem iam morabitur distinctus ab Apolline Panops vel Panopeus (Plato *Lys.* p. 203 [ἡ Πάνοπος κρήνη] et Hesych. *s. v.* ἥρως Ἀττικός· ἔστι δὲ αὐτοῦ καὶ νεὼς καὶ ἄγαλμα καὶ κρήνη). Aegle Πανοπηίς Thesei amata videtur fuisse Attica, Panopis filia. 'Aegle' dea medica: *C. I. A.* III 1, 171[b].

2) Coquendi et maturandi notio eadem: Curtius *Griech. Etymol.*[5] p. 465 sq. Ceterum simul cum Apolline Pyanopsiis Sol et Horae colebantur schol. Aristoph. *Plut.* 1054.

3) Plutarch. *Thes.* 22 (quocum caput 18 arctissime cohaeret).

4) Theseum Tegeatarum postquam monstravit Kirchnerus, comiungimus cum Theseo, qui quasi 'παρθενοπαῖος' describitur, Thesimenem ab Hygino *Fab.* 71[a] inter Septem epigonos recensum: *Thesimenes, Parthenopaei filius ex Clymene nympha, Nysius.* 'Promachum' dicit Pausanias II 20,5 et vas Chalcidicum (Cauer *Del.*[2] 550). Θησιμένης, unde Θησεύς decurtatum est ut Θέτις a Θεσμοθέτις (Τηθύς pro Θη-θ-ύς est a r. θε [supra p. XIII] dissentiente Bekkero *Hom. Bl.* I p. 222), 'robustum' significans (ὃς μένος τίθεται 'vim adhibens') plane inlustratur narratione Pausaniae. 'Nysa' illa circa Tegeam locanda videtur.

ὀνομάζουσι καὶ τῆς Ἀφροδίτης — Uraniae — τὸν ναὸν οὐδεὶς λεγόμενός σφισίν ἐστι λόγος κτλ.' Mira optimorum topographorum concordia ex hac Pausaniae oratione Pythio vicinum fere ad Ilissum fuisse 'Delphinium' asseveratur[1]). Nihil de hac templi positione, ne tantillum quidem, Pausanias. Commotus Pythii mentione sueta ratione et sat multis exemplis firmata placuit periegetae e via ad Delphinium digredi. Quod nec laudare nostrum est nec reprehendere, sed tantummodo dispiciendumst, num nullam omnino de Delphinii sede sententiam aut, si mavis, coniecturam Pausanias subindicaverit. In urbem pervenientem cum Theseum faciat, intra pomerium Thesēum hic certe scriptor Delphinium voluit fuisse nec potuit vel extra moenia Hadrianea ad Ilissum conlocare. Porro Aegeus in Delphinio habitasse traditur (Plut. *Thes.* 12). Quaerenti igitur cui antiquae urbis parti Aegei memoria adhaeserit forum (non Curtianum dicimus coniectura procreatum, sed quod in Ceramico erat perpetuo) idem ostendit Pausanias I 14,6—7: ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον ναός ἐστιν Ἡφαίστου . . . πλησίον δὲ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας . . . Ἀθηναίοις δὲ κατεστήσατο (Uraniam) Αἰγεύς, αὑτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων (οὐ γάρ πω τότε ἦσαν) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γενέσθαι τὴν συμφορὰν ἐκ μηνίματος τῆς Οὐρανίας (cf. V 4). τὸ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔτι ἄγαλμα λίθου Παρίου καὶ ἔργον Φειδίου. δῆμος δέ ἐστιν Ἀθηναίοις Ἀθμονέων, οἳ Πορφυρίωνα ἔτι πρότερον Ἀκταίου βασιλεύσαντα τῆς Οὐρανίας φασὶ τὸ παρὰ σφίσιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. λέγουσι δὲ ἀνὰ τοὺς δήμους καὶ ἄλλα οὐδὲν ὁμοίως καὶ οἱ τὴν πόλιν ἔχοντες. Ne huic quidem periegetae dicto certissimo fidem Wachsmuthius habere voluit[2]), quia Aegeum in 'Hortis' iuxta alterum illud Uraniae sacrum (quode Pausaniae verba modo adscripsimus) habitasse male credidit. Pergimus nova acquirere subsidia. Ad Delphinium Ephetarum iudicium erat de caede iusta necatis Pallantidis sive Androgeone sive latronibus Isthmiis institutum ab Apolline[3]). Androgeo Gigantum socius (Diod. IV 60) 'Tellure natum' se nomine ('*Erdmensch*')[4]) prodit. Quid? quod Thargeliorum die irascens Androgeonis numen placari solebat?[5]) Factum hoc esse ad Delphinium verissime conclusit A. Mommsenus (*Heortol.* p. 421[2]). Crederes ubi placatum ibi etiam sepultum esse atque adeo interfectum Androgeonem: velut Pytho draco occisus

[1]) Alterum argumentum addidit Milchhoeferus in Baumeisteri Monumentis *s. v. Athen* p. 171 ex Clidemi Atthidographi apud Plutarchum narratione *Thes.* 27 obsecutus Wachsmuthio (*Mus. Rhen.* 1868 p. 175). Nam quod per orientale Athenarum suburbium cum Amazonibus congressus esset Theseus, inde consectarium dixit, Theseum in hac parte habitasse. Nobis nimium hoc videtur et incaute conclusum, donec Amazones Atticae quid sibi velint et unde duxerint originem celemur. Etenim fieri posse auguramur, ut illa dimicationis regio ex Amazonum historia petita sit (*G. G. A.* 1889 p. 821). Ad forum potius Thesei et templum et ara iuratoria erat (Plut. *Thes.* 27).

[2]) *Mus. Rhen.* XXIII (1868) p. 177. *Stadt Athen* I p. 410 sqq.

[3]) Per Aegeum: Seguerianus V Bekkeri (*Anecd.* I p. 255) ἐπὶ Δελφινίῳ] δικαστήριον ἓν τῶν φονικῶν, ὅ φασιν Αἰγέα ἱδρύσασθαι [αὐτὸ] ἀπὸ Δελφῶν ἥκοντα Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. Pollux VIII 119.

[4]) Conferas λεπτόγεως alia. Male ex Ἀνδρογένης ortum Ahrensius nomen illud opinatus est *Philol.* XXXVIII p. 205.

[5]) Plutarch. *Thes.* 15, Helladius apud Phot. *Bibl. cod.* 534, O. Müller *Eumeniden* S. 140.

conditus ludis sepulcralibus honoratus est Delphis uno eodemque loco in Pythio item trucidati Diomedis comites ad Palladium Phalereum, ubi de eorum caede iudicatum est, sacellum possidebant[1]). Iam vero cultum fuisse Androgeonem in foro cum egregia Atthidographi cuiusdam auctoritate compertum sit,[2]) Delphinium foro Athenarum reddendum esse efficitur.

Πατρῷος Atheniensium Apollo tam diserte 'Πύθιος' a Demosthene (*De cor.* 141) cognominatur, ut dubitari nefas sit[3]). Nihil vero iamiam obstat me iudice, quin hic Πύθιος idem fuerit Δελφίνιος. Suadent hoc cognita iam nobis exempla, de quibus p. XIV sq. disputatum est, suadet historia Thesei, quippe qui deorum nulli, ne Neptuno quidem, tam est quam Apollini Delphinio similis et coniunctus[4]) (fingamus serio Athenienses τοῦ συνοικιστοῦ patronum a 'Patroo' Apolline discrevisse publice constituto?), persuadet duplex Delphinii Atheniensis fabella. Nam alii 'Delphis profectum Aegeum'[5]), alii Delphici dei sacerdotes Cretenses, priusquam Delphos pervenirent, ipsius Apollinis iussu ductuque Delphinium illud exstruxise narrabant. In hanc enim sententiam supplendum adsumpto in Pythium hymno Homerico Etymologum Magnum censemus *s. v.* ἐπὶ Δελφινίῳ] . . οἱ δέ φασιν, ὅτι Κρητῶν χειμαζομένων εἰκασθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων ἔσωσεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύσασθαι ἱερόν. ὕστερον δὲ δικαστήριον γενέσθαι τῶν φονικῶν, ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίσθαι ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκείρωνα καὶ Σίνιν. Quid igitur? Pythius Πατρῷος simul erat Delphinius, ut et altero utro nomine et utroque idem numen significetur. Confirmat deus Jonicus. Qui cum et mari praesit et telluris frugibus: quid Jones? Strabo IV p. 179 de Massilia ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ, inquit, τὸ Ἐφέσιον ἵδρυται καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων (qui scilicet illas Galliae oras ¡ncolebant), τὸ δὲ Ἐφέσιον τῆς Ἀρτέμιδός ἐστι νεὼς τῆς Ἐφεσίας κτλ'. Atheniensibus igitur 'Patriti' templum forense aut Πύθιον aut Δελφίνιον dicere per se licebat. Illud non placuisse inde patet, quod recentius illud Apollinis templum ad Ilissum solemni appellatione 'τὸ Πύθιον' vocatur. Relinquitur Δελφίνιον. Concedit etiam Pausanias. Nam cum in foro 'Porticus pictae' picturas descripsisset, pergit (I 3,4): ταύτας τὰς γραφὰς Εὐφράνωρ ἔγραψεν Ἀθηναίοις· καὶ

[1]) A. Mommseni *Delphica* p. 206 sq., *G. G. A.* 1889 p. 821 sq.

[2]) Hesych. *s. v.* ἐπ' Εὐρυγύῃ] Μελησαγόρας τὸν Ἀνδρόγεων Εὐρυγύην εἰρῆσθαί φησι τὸν Μίνωος, ἐφ' ᾧ τὸν ἀγῶνα τίθεσθαι ἐπιτάφιον Ἀθήνησιν ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ Ἡσίοδος 'Εὐρυγύης δ' ἔτι κοῦρος Ἀθηνάων ἱεράων.' Phaleri Androgeos' κατὰ πρύμναν' colebatur (Paus. I 1,4. Geffcken *Herm.* 1890 p. 94 sq.). Idem Cnosi ludos sepulcrales habuisse videtur (Philochorus apud Plut. *Thes.* 16). Eiusdem filii apud Parios ferebantur Alcaeus et Sthenelus (Apollod. II 5, 9,5).

[3]) Confirmat vel Euripidis de Jone fabula, etsi Delphicum deum poeta ipse intellexit, et carmen 'Patrito' dedicatum *C. I. A.* III 1, 116 (ubi 'scutum Argivum ludis celebratum' ad Diomedem pertinet). — Incerto Aristidis vel Hyperidis (*O. A.* II fr. 71) testimonio uti noluimus.

[4]) Nonnulla hac de re apud C. O. Muellerum (*Dorier* I² p. 242) invenies. Ceterum Coloni forensis templum illud pulcherrimum, quod Theseum falso nuncupatur, multo quam ceteri rectius Apollini 'Patrito' Koehlerus et Loeschckius (*Enneakrunosepisode* p. 21) adsignarunt. Tamen de consulto hoc abstinuimus, etiamsi vel sculpturae faveant nobis egregie.

[5]) Cf. p. XVI adn. 3. Hoc cum Paus. I 19 coniungendum est, ubi Theseus templo nondum confecto supervenit (supra p. XV).

πλησίον ἐποίησεν ἐν τῷ ναῷ τὸν Ἀπόλλωνα, Πατρῷον ἐπίκλησιν. πρὸ δὲ τοῦ νεὼ τὸν μὲν Λεωχάρης, ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον Κάλαμις ἐποίησεν. Templi nomen quale fuerit quasi notum reticuit. Intellegimus 'Delphinium'.

Bacchum Lenaeum ex terra Attica in urbem penetrasse antiquitus iure creditum esse argumentis nonnullis p. VI et IX[2] comprobavimus, Thebis Cadmeis profectum Semela mater monstrat, commonstrat fabula de Melaenis urbe Boeotis per Bacchum 'Melanaegin' erepta (*G. G. A.* 1889 p. 804), etsi adscita non pauca ex insulis elementa Bacchica videntur. Haec tamen de Baccho hactenus. Apollinem Atticorum ex historia Thesei quadamtenus inlustratum iri praedicimus. Pertinent Troezenem Thesea nonnulla, alia Cretam. Tegeam et Laconiam nuper adiecit feliciter Kirchnerus. Eodem quaedam Apollinis vestigia ducere apertum est, veluti Apollinis Κερκυονέως sacerdotium Atticum, siquidem Cercyo Eleusinius, Branchi filius Branchidarum eponymi, ex Arcadia orientali immigravit.[1]) Proferimus aliud. Athenis Apollo Patritus Minervae et Vulcani filius habebatur[2]) — tanto opere a Delphica religione genuina Attica genealogia discordat — et remansit, ne fictam Athenis hanc dei originem censeas, in matre Cephali (quem Apollineum ostendere conati sumus) Minervae recordatio Apollod. I 9, 2, 4: Διομήδη enim, ἡ τὰ τοῦ Διὸς μήδη ἔχουσα, quae quaeso sive dea sive heroina vocabitur melius quam nata ex Iovis capite? Spectat huc Minerva Attica, Latonae obstetrix, et M. Γενετυλλίς.[3]) Auga, Tegeatica Minervae Aleae sacerdos, Tegeatarum dea genetrix est ac Telephum peperit in ipso Minervae delubro. Cumque et αὐγή et ἀλέα de aestu pariter adhibeantur, Minervam ipsam contendimus primitus Augam fuisse. Τήλεφος (*Τηλεφανής) 'late splendens' Apollinis statim admonet Αἰγλήτου carmine in Pythium Homerico (*v.* 24. 263) egregie descripti. Eratque Apollo inter Patritos deos vel a Tegeatis relatus, tribus 'Apolloniae' eponymus (Paus. VIII 53, 6). Quid? quod non modo Telephus[4]) sed Apollo quoque[5]) cognomine utebatur Ἀργειφόντης 'clare splendens'? Quod Idam Messenium uterque impugnavit, Apollo rapta 'in templum' Marpessa,[6]) Telephus Teuthrantem Mysium defensurus[7]) adiutore Parthe-

---

[1]) *C. I. A.* III 1, 1203. Apollodori *epitoma* p. 54 Wagner.

[2]) Schoemanni *Opuscula* I p. 318 sqq.

[3]) Hyper. *fr.* 71 sq. Anecdota varia ed. Studemund I p. 269. Dicitur eadem Προνοία.

[4]) Parthenius p. 268 apud Meinekium in *Analectis Alexandrinis*.

[5]) Sophocles in Etym. Gud. *s. v.* Ἀργ. p. 72, 52 sqq., quocum Meinekius conferendus, spretus tamen a Nauckio *F. T. G.*[2] p. 341. Quapropter locum adponimus: παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀπόλλωνος ... ἢ ὁ ἐν Ἄργει πρῶτον πεφηνώς, ἢ ὅτι τὸν ὄφιν τὸν Πύθωνα [τοθῶνα *cod.*] ἀνεῖλεν, κατὰ γὰρ τὴν τῶν Ἀργείων γλῶσσαν ἀργῆς καλεῖται ὁ ὄφις, ἵν' ᾖ ὀφεοκτόνος. Ultimis quae negligi consuerunt patet Apollinem Sophocleum attingi antea commemoratum.

[6]) Il. IX 555. Pausaniam V 18, 2, qui est de Ida et Apolline, frustra sollicitavit Robertus *Herm.* 1888 p. 441. Locum de Helena V 17, 6 ab eodem vindicatum a me in *Parergis* p. I sqq. vasculum nunc tuetur praeclare editum in programmate Winckelmanniano Berolinensi 1890. Quid plura in re indubitabili?

[7]) Hyginus *Fab.* C. Anaglypha Pergamena *Jahrb. des Instituts* III p. 53, ubi de Idae nomine

nopaeo Tegeata et ipso? Crevisse hanc fabulam non in Mysia, ubi agitur, verum vel Tegeae vel in Laconia personarum patriae demonstrant. Vel Teuthras Laco exstat Teuthronae urbis in Taenaro sitae, nobili Delphinii Apollinis sede,[1]) eponymus. Ergo Telephus, praecipuus Tegeatarum (et Laconum?) heros, est reapse Apollineus. His autem Peloponnesi regionibus quantum Attica terra acceptum referat, dispicere per Kirchnerum coepimus accuratius.[2]) Concedendum igitur est potuisse ex Peloponneso simul cum Thesei memoria religionis Apollineae quaedam elementa ad Atticos perferri. Nec decipi videtur exspectatio, cum vel Teuthras ille Taenarius cum Teuthrante vel Tithrante Tithrasiorum heroe Attico [3]) consocietur Paus. III 25, 4: τὸν δὲ οἰκιστὴν οἱ ταύτῃ Τεύθραντα Ἀθηναῖον ὄντα ἀποφαίνουσιν. An regionum ordo invertendus, ut totiens? Quid? Hyacinthum Atticum Lacedaemone advenisse perhibent (Apollod. III 15, 8, 3), vel Amyclis potius, patria Hyacinthi celeberrima. 'Hyacinthus', Diomedae hic quoque filius, ubicumque occurrit, quatenus sciri id hodie potest, ex Apollinis Amyclaei religione manavit. Nec defuisse huic numini facultatem marinam contendimus. Quae sententia breviter probari debet. Phalanthum Laconem Tarenti et Brundisii conditorem, cum et vehens delphino Crisaeum praesertim sinum superaverit[4]) et lyram gestare soleat,[5]) heroem ex Delphinio deo derivatum agnoscimus. Innotuit Tarenti Apollo Hyacinthus (*Herm.* 1890 p. 405). Vix iam moniti miramur Hyacinthum puerum a delphino et dilectum et per mare portatum Dicaearchiae

incorrupto falsa coniectantur. Nomen 'Mysia' ex lingua Graeca explicandum esse Ceres Μυσία et Juppiter Ἀπομύϊος, quod Eleum est pro Ἀπομύσιος, innuunt. Hinc lepidam nanciscimur emendatiunculam in Hesychio *s. v.* Ἀμφιμυσίων] ἡ Δημήτηρ: iungas Ἀμφιμυσιώνη] Δημήτηρ. Res difficilior in altera Hesychii glossa Ἀμφιμυσίων] Δημητρια ΖΩΑ: an ΔημητριαΚΩΝ? Μύσιος-Ἀπομύσιος (Callim. *Epigr.* XI. 5) contrarius est τῷ Κεχηνότι (*Herm.* 1891 p. 188).

[1]) Preller *Ausgewählte Aufsätze* p. 246 sqq. Vellem Studniczka, cum de Phalantho scriberet, pulcherrimum illud Prelleri opusculum respexisset (*Kyrene* Exc. I).

[2]) Dianae religio Mycenis in terram Atticam, intercedente fortasse Euboea, traducta fertur Hyg. *Fab.* 122: *Aleten, Aegisthi f., Orestes interfecit et Erigonam ex Aegistho et Clytaemestra natam voluit interficere, sed Diana eam rapuit in terram Atticam et sacerdotem fecit.* Alii testes Orestem ab Erigona coram Areopago Atheniensi in ius vocatum dicunt. Colitur Erigona in Hymetto suspensa: erat igitur ei fere regioni propria ubi Athmonensium Diana Amarysia habetur. Hesychius *s. v.* αὐδείπνος] θυσία τις παρὰ ΑΘΗΝΗΣΙ καὶ ἡ τριτογενής· καὶ αἱ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμεναι σπονδαί a Meursio quadamtenus emendatus est, cum pro καὶ ἡ τρ. mutasset ἐπὶ Ἠριγόνῃ conlato Et. M. *s. v.* αἰώρα. Nolumus reponere ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ, siquidem corruptelae causa lateret. An scribendum ΑΘΜΟΝΕΥΣΙ? Eiusdem Erigonae dies festus ἀλῆτις vocatur, quod veriloquia veterum nihil curantes ex ἀλεα-τις contractum esse putamus: Eretriensium Diana Amarysia erat Αἰθοπίη. Diem fervidum ἀλῆτιν ἡμέραν etiam Plato comicus dixit (Hesych. *s. v. F. C. G.* I p. 650 K.). Cf. p. XIV.

[3]) Steph. *s. v.* Θέσπεια. Minerva Τιθρώνη Phlyae: Paus. I 31, 4.

[4]) Paus. 13, 10 in pictura quadam Delphica Tarantem et Phalanthum fuisse dicit, καὶ οὐ πόρρω τοῦ Φαλάνθου δελφίς. πρὶν γὰρ δὴ ἐς Ἰταλίαν ἀφικέσθαι ναυαγίᾳ τε ἐν τῷ πελάγει τῷ Κρισαίῳ τὸν Φάλανθον χρήσασθαι καὶ ὑπὸ δελφῖνος ἐκκομισθῆναί φασιν ἐς τὴν γῆν. Naufragii occasionem exposuit Antiochus Strab. VI p. 278: τὸν δὲ Φάλανθον ἔπεμψαν (Parthenii) εἰς θεοῦ περὶ ἀποικίας· ὃ δ' ἔχρησε κτλ.' Itaque ex Achaiae ora maritima Delphos navigans fracta navi a delphino servatus et in litore Crisaeo depositus est. Explicavimus haec, ut Studniczkae error p. 191 corrigatur. Qui in nummis Tarentinis delphino vehitur, Taras est Neptuni filius (= Ταράξιππος?). De quo recte Aristoteles fr. 590 R.

[5]) Studniczka p. 182 (in nummis Brundisinis). Notandum etiam Theseum Brundisii conditorem ferri natione Cnosium (cf. Strabo VI p. 282 et nummus Cnosius *Num. Chron.* 1884 tab. I 11) et lyram gestare.

exstitisse.[1]) Fieri nunc possit, ut absurdae cuidam de Phalantho historiolae quid subsit dispiciamus. Acceperat ille Delphis oraculum ὑετοῦ αὐτὸν αἰσθόμενον ὑπὸ αἴθρᾳ, τηνικαῦτα καὶ χώραν κτήσεσθαι καὶ πόλιν (Paus. X 10,6). Ac forte viri desperantis, dum barbaros Italiae frustra oppugnat, caput Aethra uxor genibus impositum pediculis purgatura lacrimis madefacit καὶ (ἔβρεχε γὰρ τοῦ Φαλάνθου τὴν κεφαλήν) συνίησί τε τῆς μαντείας (ὄνομα γὰρ δὴ ἦν Αἴθρα τῇ γυναικί) καὶ οὕτω τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ Τάραντα τῶν βαρβάρων εἷλε κτλ'. Narrationis ineptiae e veriloquii studio fluxerunt. Aethram tenemus. At quid Phalantho cum pluvia? Docebit Hesychius *s. v.* ὑακίζει] βρέχει. Itaque Phalanthum, cognomine Apollineo Hyacinthum, simul cum Apollinea religione Amyclaea in Italiam, Hyacinthum in Atticam traductum esse efficitur. Aliae res in hac causa Euboeam inter et Atticam conveniunt. Velut Cephalum suum habebant Chalcidenses. Cephalo enim quid similius quam Menalcas pastor Chalcidensis, Eriphanidis amores[2]) sive nymphae aquatilis?[3]) Ἠριφανίς (Aurora) Dianae Προσηῴας Euboensium admonet (p. XII[3]), quae eadem venatorem sectatur Orionem Tanagraeum. Hinc consectarium, eandem fabulam ad utramque Euripi oram nominibus variasse diversis. Plura conicere nolumus, quaerendi et rationem et regionem designavisse contenti.

Gryphiae, Id. April. 1891.

---

[1]) Nec Apio oculatus (Gellius *N. A.* VI 8) nec ceteri impedimento sunt. Iasi puer ille δελφινοφορούμενος vel sacris sepulcralibus honorabatur (Aelian. *H. A.* VI 8, 7). Nummi Iasii Apollinem exhibent.

[2]) Clearch. apud Athen. XIV p. 619.

[3]) Κρηναίας, a Zieglero in Κυρηναίας corruptae schol. Theocr. IX 1. Menalcas ex Euboea in Siciliam traductus bubulcorum 'praeter Daphnin (qui sodalicia Bacchica instituisse dicitur a Vergilio *Ecl.* V 30, cf. *Herm.* 1891 p. 184 et supra p. VII) nobilissimus. Hinc prosopographiae bucolicae elementa et initia persequenti proficiscendum. Daphnephorium Apollinis Eretriae: *Deltion* 1889 p. 104, Phlyae: Paus. I 31. *G. G. A.* 1889 p. 813.

I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

D. V. SCHULTZE, P. P. O. DEC.

I) Publice 1) Societatem historico-ecclesiasticam moderabitur hora definienda; 2) De veterum christianorum coemeteriis tractabit die Jov. hora VI. — II) Privatim Ecclesiae primaevae historiam tradet quinquiens p. h. hora IX.

D. O. ZÖCKLER, P. P. O.

I) Publice Seminarii theologici exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur die Lunae hor. VI et VII. — Privatim 1) Historiam dogmatum ecclesiae christianae tradet quinquiens p. h. hor. IX; 2) Apologeticen christianam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. VIII.

D. H. CREMER, P. P. O.

I) Publice 1) Seminarii theologici exercitationes ad theologiam dogmaticam spectantes moderari perget d. Mart. hor. VI et VII; 2) Seminarii homiletici exercitationes moderabitur die Ven. hor. VI et VII; 3) De scriptura sacra disseret semel p. h. d. Sat. hor. X. — II) Privatim 1) Theologiae dogmaticae partem alteram tradet sexiens p. h. hor. XI; 2) Jesu Christi historiam narrabit et illustrabit quinquiens p. h. hor. X.

D. A. SCHLATTER, P. P. O.

Publice 1) In seminario exercitationes sodalium ad exegesin N. Testamenti spectantes moderabitur die Sat. hora VIII et IX; 2) Quae evangelistae de Jesu passione tradiderint, explicabit die Merc. hora VIII. — Privatim 1) Pauli epistolas ad Corinthios explicabit quinquiens p. h. hora IV; 2) Novi Testament theologiam tradet quinquiens p. h. hora V.

D. M. DE NATHUSIUS, P. P. O.

I) Publice 1) Proseminarii homiletici exercitationes in instituto theologico-practico moderabitur die Lun. hor. VI et VII; 2) Seminarii catechetici die Iov. hor. VI et VII; 3) Exercitationes theologico-pastorales die Merc. VI

et VII; 4) De motibus ad religionem spectantibus hoc saeculo exortis aget die Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) Theologiam homileticam, catecheticam, liturgicam tractabit quinquiens p. h. hor. XII; 2) De ecclesia motus sociales adiuvanti aget bis p. h. hor. III.

D. Fr. BAETHGEN, P. P. O.

I) Publice Seminarii theologici exercitationes ad exegesin Vet. Test. spectantes moderabitur d. Merc. hor. VI et VII.—II) Privatim 1) Librum psalmorum interpretabitur quinquiens p. h. hor. XII; 2) Theologiam Vet. Test. tradet quater p. h. hor. III.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

D. FR. GIESEBRECHT, P. P. E.

I) Publice Exercitationibus ad linguam Hebraeam spectantibus praeerit die Merc. hora VI et VII. — II) Privatim Vaticinia Jesaiae Prophetae interpretabitur quinquiens p. h. hora IV.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Lic. I. DALMER, PRIV. DOC.

I) Publice Exercitationibus ad interpretationem Novi Testamenti pertinentibus praeerit hora definienda. — II) Privatim Epistolam ad Hebraeos datam interpretabitur quater p. h. hor. XII.

Lic. E. SCHÄDER, PRIV. DOC.

I) Publice Societatem dogmaticam moderabitur die Mart. hora VI et VII. — II) Privatim Pauli epistolam ad Galatas explicabit dieb. Mart. Iov. Ven. hora XI.

Lic. Dr. FR. BOSSE, PRIV. DOC.

I) Publice Exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur, hora definienda. — II) Privatim Medium quod dicitur aevum ecclesiae tractabit, quinquies p. h., hora IX.

II. SCHOLAE IURECONSULTORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIUM.

Dr. F. STOERK, P. P. O. DEC.

I) Publice fontes iuris publici tractabit semel p. h. hor. X. — II) Privatim 1) historiam enarrabit doctrinarum, quae ad ius et rempublicam spectant bis p. h. hor. X; 2) ius publicum Germanicum ter p. h. hor. IX; 3) ius administrationis Borussicae nec non Germanicae item ter p. h. hor. IX; 4) con-

versatorium et examinatorium de iure publico de iure administrationis nec non de iure quod est inter gentes exercitationes adiuncturus instituet die Mart. hor. V. et VI.

Dr. C. F. W. H. HAEBERLIN, p. p. o.

Privatim ius criminale docebit quinquiens p. h. hor. XI.

D. Dr. E. R. BIERLING, p. p. o.

I) Publice de selectis iuris ecclesiastici locis disseret exercitationes exegeticas adiuncturus semel p. h. hor. XII. — II) Privatim ius ecclesiasticum Evangelicorum et Catholicorum tradet quater p. h. hor. XII.

Dr. G. PESCATORE, p. p. o.

I) Privatissime sed gratis in Seminario iuridico pandectarum practicum instituet semel p. h. hor. XII. — II) Privatim 1) pandectarum partem alteram tradet quater p. h. hor. XI; 2) conversatorium iuris pandectarum et historiae iuris Romani una cum Stampe professore instituet die Iov. et Sat. hor. V et VI.

Dr. I. WEISMANN, p. p. o.

I) Privatim 1) processum criminalem docebit ter vel quater p. h. hor. XI; 2) concursum creditorum tractabit semel p. h. hor. XI et XII; 3) conversatorium et practicum processus civilis semel p. h. hor. V et VI habebit; 4) conversatorium et practicum iuris et processus criminalis instituet semel p. h. hor. V et VI. — II) Privatissime sed gratis in seminario exercitationes iuridicas moderabitur semel p. h. hor. XI.

Dr. Ph. HECK, p. p. o.

I) Publice in seminario iuridico exercitationes iuris commercialis instituet semel p. h. — II) Privatim 1) historiam imperii et iuris Germanici enarrabit quater p. h. hor. IX; 2) ius commerciale, maritimum, cambiale docebit quater p. h. hor. X; 3) conversatorium de iure Germanico privato instituet exercitationes adiuncturus die Merc. hor. V et VI.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

Dr. E. STAMPE, p. p. e.

I) Privatim 1) pandectarum primam partem docebit quinquies p. h. hor. X; 2) institutiones et historiam iuris Romani tractabit septies p. h. hor. IX et VIII; 3) conversatorium iuris pandectarum et historiae iuris Romani una cum Pescatore prof. habebit die Iov. et Sat. hor. V et VI. — II) Publice in seminario de pignorum iure disseret die Sat. hor. X.

3) PRIVATIM DOCENTIS.

Prof. Dr. R. MEDEM, priv. doc.

I) Privatim docebit ius gentium ter p. h. — II) Publice de duello disseret semel p. h.

III. SCHOLAE MEDICORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIUM.

Dr. F. LOEFFLER, p. p. o. dec.

I) Publice disputationes hygienicas instituet die Merc. hor. V. — II) Privatim 1) hygienes partem priorem tradet diebus Mart. Iov. Ven. hor. III; 2) practicum hygienicum et bacteriologicum moderabitur ter p. h. hor. def.

Dr. H. C. A. PERNICE, p. p. o.

I) Publice morborum mulierum part. I. tradet die Lun. hor. IV. — II) Privatim 1) exercitationes clinicas et policlinicas gynaecol. moderabitur dieb. Lun. Merc. Sat. hor. VII, ceter. dieb. hor. VIII.

Dr C. F. MOSLER, p. p. o.

I) Publice relationes policlinicas moderabitur die Iov. hor. VI. — II) Privatim 1) de diagnostice physica una cum Dr. Peiper aget quater p. h.; 2) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. IX usque ad hor. X et dimid., reliquis dieb. inde ab hor. X usque ad hor. XI.

Dr. L. LANDOIS, p. p. o.

I) Publice exercitationes physiologicas eorum commilitonum, qui in his rebus iam magis eruditi sunt, moderabitur hor. def. — II) Privatim 1) physiologiae experimentalis partem alteram docebit cotidie hor. XII; 2) practicum physiologicum demonstrationes in instituto instituendas adiecturus moderabitur sexiens hor. def.

Dr. R. SCHIRMER, p. p. o.

I) Publice de vitiis oculorum opticis disseret die Lun. hor. III. — II) Privatim 1) exercitationibus ophthalmoscopicis praeerit dieb. Iov. et Ven. hor. V; 2) exercitationes clinicas ophthalmiatricas instituet dieb. Merc. et Sat. hor. III hominesque oculorum morbis affectos extraneos monstrabit cotidie hor. XII.

Dr. HUGO SCHULZ, p. p. o.

I) Publice exercitationes pharmacologicas commilitonum iamiam eruditiorum moderabitur cotidie. — Privatim 1) pharmacologiae partem alteram tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. IV; 2) practicum therapeuticum habebit dieb. Lun. et Iov. hor. VIII; 3) toxicologiae capita tradet selecta die Veneris hor IV.

Dr. F. SOMMER, p. p. o.

I) Publice capita selecta anatomiae corporis humani tractabit die Ven. hor. IX. — II) Privatim 1) anatomiae systematicae corp. hum. partem primam tradet quater p. hebd. hor. IX; 2) exercitationes anatomicas moderabitur sexies hor. X. XI. II. III.

Dr. H. HELFERICH, p. p. o.

I) Publice disputationes chirurgicas instituet die Ven. hor. VI. — II) Privatim 1) exercitationes clinicas et policlinicas chirurgicas moderabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. inde ab hor. X et dimid., reliquis diebus ab hor. XI usque ad hor. XII; 2) de chirurgia generali disseret dieb. Mart. et Iov. hor. III, dieb. Ven. et Sat. hor. IV.

Dr. P. GRAWITZ, p. p. o.

I) Publice de cerebri morbis disseret die Martis hor. VI. — II) Privatim 1) pathologiam et therapiam generalem adjuncturus anatomiam pathologicam tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. V; 2) cursum anatomiae pathologicae practicum instituet dieb. Mart. et Ven. hor. XII et I, dieb. Merc. et Sat. hor. VIII et IX.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. C. EICHSTEDT, p. p. e.

Publice de morbis cutaneis demonstrationes practicas adjuncturus aget diebus Mart. et Veneris hor. II.

Dr. RUDOLF ARNDT, p. p. e.

I) Publice tractabit 1) selecta capita psychiatriae forensis d. Sat. hor. V. 2) selecta capita anthropologiae generalis d. Merc. et Sat. h. IV. — II) Privatim docebit psychiatriam generalem et specialem demonstrationibus illustrandam d. Lun. Mart. Iovis hor. IV.

Dr. PAUL KRABLER, p. p. e.

Privatim paediatricen docebit, demonstrationes practicas adjuncturus dieb. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

Dr. BERNHARDT SOLGER, p. p. e.

I) Publice de anatomia organorum sensuum disseret die Sat. hor. IX. — II) Privatim histologiam tractabit dieb. Lun. Mart. Merc. hor. IV.

Dr. F. de PREUSCHEN, p. p. e.

Privatim 1) operationes gynaecologicas moderabitur exercitationibusque in phantomate instituendis praeerit dieb. Mart. et Ven. hor. II.; 2) theoriam artis obstetriciae tractabit dieb. Lun. Merc. Iov. hor. II.

Dr. O. BEUMER, p. p. e.

I) Publice de quaestionum modo medicinae forensis aget semel per hebd. — II) Privatim de medicina forensi aget ter p. h. hor. def.

Dr. P. STRUEBING, p. p. e.

I. Publice homines narium et laryngis morbis affectos extraneos monstrabit dieb. Lun. Iov. Sat. hor. XII. — II) Privatim pathologiae et therapiae specialis partem priorem tradet dieb. Lun. Merc. Ven. Sat. hor. VI.

Dr. L. HEIDENHAIN, p. p. e.

I) Publice examinatorium chirurgicum instituet die Lun. hor. VI. — II) Privatim de ossium fracturis et luxationibus disseret dieb. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. V.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. E. PEIPER, priv. doc.

Privatim 1) Selecta capita morborum nervorum tractabit demonstrationes practicas additurus diebus Lun. hor. III, Iov. hor. IV; 2) De morbis contagiosis disseret die Sat. hor V.

Dr. EG. HOFFMANN, priv. doc.

Privatim cursum otiatricum moderabitur dieb. Lun. hor. V. Merc. Sat. hor. IV.

Dr. E. BALLOWITZ, priv. doc.

Privatim 1) Osteologiam et Syndesmologiam docebit diebus Lun. hor. V. et die Sat. hor. VIII; 2) De viscerum in corpore humano situ disseret duabus horis p. h.; 3) Organa et hominis et animalium vertebratorum uropoëtica atque genitalia tractabit semel p. h.

IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. B. MINNIGERODE, p. p. o. dec.

I) Publice exercitationes in seminario mathematico die Sat. hor. X½—XII moderabitur. — II) Privatim 1) calculum differentialem et integralem docebit quater p. h. hor. X; 2) mechanices analyticae partem primam exponet quater p. h. hor IX.

Dr. A. H. BAIER, p. p. o.

I) Publice isagogen philosophicam docebit die Merc. hor. XII. — II) Privatim psychologiam docebit quater p. h. hor. XII. — III) Privatissime et gratis exercitationes de philosophia Kantiana moderabitur semel p. h. die Sat. hor. V.

Dr. H. LIMPRICHT, p. p. o.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) chemiae partem secundam tradet sexiens p. h. hor. VIII; 2) praxin chemicam una cum professore Schwanert instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor def.

Dr. GUIL. AHLWARDT, p. p. o.

I) Publice elementa linguae Persicae docebit bis p. h. — II) Privatim 1) capita Qorāni selecta interpretabitur quater p. h.; 2) scholas ad poësin arabicam cognoscendam instituet semel vel bis p. h.

Dr. F. F. C. E. SUSEMIHL, p. p. o.

I) Publice isagogen in studium Platonis et Aristotelis tradet dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim historiam philosophiae antiquae enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. V. — III) Privatissime sed gratis exercitationes Aristotelicas moderari perget bis p. h. hor. def.

Dr. A. PREUNER, p. p. o.

I) Publice 1) exercitationes archaeologicas et mythologicas moderabitur semel p. h.; 2) urbis Romae antiquae historiam, formam, monumenta enarrabit bis p. h. hor. def. — II) Privatim elementa archaeologiae docebit ter p. h. hor. def.

Dr. GUIL. SCHUPPE, p. p. o.

I) Publice exercitationes philosophicas (ad psychologiam pertinentes) moderabitur die Merc. hor. V. — II) Privatim theoriam cognoscendi et logicam docebit, dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. V—VI.

Dr. H. ULMANN, p. p. o.

I) Publice in seminario historico exercitationes historico-criticas instituet die Merc. hor. VIII et IX. — II) Privatim rerum per aetatem reformationis gestarum seriem explicabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.

Dr. GUIL. THOMÉ, p. p. o.

I) Publice seminari mathematici exercitationes moderabitur die Merc. hor. X et XI. — II) Privatim 1) theoriam linearum algebraicarum simpliciter curvatarum exponet dieb. Lun. et Iov. hor. X et XI; 2) theoriam et applicationes functionis potientalis docebit dieb. Mart. et Ven. hor. X et XI.

Dr. H. SCHWANERT, p. p. o.

I) Publice 1) historiam chemiae enarrabit die Sat. hor. XI; 2) colloquium de rebus chemicis pharmaceuticis habebit dieb. Iov. et Ven. hor. IV et V. — II) Privatim 1) pharmaciae partem priorem exponet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. III; 2) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. hor. III; 3) praxin chemicam una cum professore Limpricht instituet senis et duodenis et tricenis p. h. hor. def.

Dr. A. GERSTAECKER, p. p. o.

I) Publice selecta entomologiae capita tractabit die Ven. hor. XI. — II) Privatim animalium morphologiam generalem et comparatam tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. hor. XI.

Dr. AL. REIFFERSCHEID, p. p. o.

I) Publice 1) in proseminario germanico tum specimina linguarum goticae et veteris theodiscae cum Lessingii Nathanum tractabit semel p. h. die Merc. hor. V et VI; 2) in seminario germanico carmina Reinmari et Gualtheri dicti de Vogelweide leget et disputationes de mythologia Germanica instituet semel p. h. die Ven. hor. V et VI. — II) Privatim grammaticam linguae mediae theodiscae docebit et poema Godofredi Argentinensis de Tristani et Isoldae amoribus interpretabitur quater p. h. hor. XI.

Dr. ED. KOSCHWITZ, P. P. O.

I) Publice 1) in Seminario Romanensi exercitationes Neoprovincialenses moderabitur, Sat. die hor. XI et XII; 2) de novissimis Francogallorum de Germania scriptis disseret die Iov. hor. V. — II) Privatim historiam litterarum Francogallicarum medii aevi enarrabit Lun. Mart. et Ven. dieb., hor. V.

Dr. H. ZIMMER, P. P. O.

I) Publice 1) de nonnullis grammaticae comparatae quaestionibus disseret semel p. h. hor. def.; 2) historiam religionum Indorum enarrabit semel p. h. hor. def. — II) Privatim in studium Vedae introducet et hymnos selectos Rigvedae interpretabitur ter p. h. hor. def. — III) Privatissime et gratis textus selectos e chrestomathia Boehtlingkiana commilitonibus interpretandos proponet bis p. h. hor. def.

Dr. FR. SCHMITZ, P. P. O.

I) Publice plantas thallophyticas tractabit die Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) botanicen systematicam docebit dieb. Mart. et Ven. hor. IX, die Merc. hor. XII; 2) exercitationes botanicas microscopicas instituet dieb. Merc. et Sat. hor. II et III. — III) Privatissime in musei botanici laboratorio operaturis aderit cotidie.

Dr. E. COHEN, P. P. O.

I) Publice petrographiae partem alteram docebit semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) mineralogiam tractabit dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. hor. IX. additurus exercitationes mineralogicas die Sat. inde ab hor. IX et X.; 2) mineralogiae peritorum exercitationes moderabitur semel p. h. binis hor. def. — III) Privatissime in instituto mineralogico operaturis aderit cotidie.

Dr. A. OBERBECK, P. P. O.

I) Publice theoriam mathematicam caloris tractabit dieb. Merc. et Sat. hor. XII. — II) Privatim 1) physices experimentalis partem primam docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XII.; 2) exercitationes physicas instituet binis et senis horis dieb. Lun. et. Iov. hor. III—VI. — III) Privatissime in instituto physico operaturis aderit cotidie.

Dr. O. SEECK, P. P. O.

I) Publice in seminario historico exercitationes antiquitatem Graecam Romanamque spectantes moderabitur die Lun. hor. VI et VII. — II) Privatim historiam populorum Graecorum enarrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI

Dr. E. MAASS, p. p. o.

I) Publice in seminario philologico interpretandam proponet Andocidis de mysteriis orationem die Sat. hora X et XI. — II) De Graecorum rebus sacris disseret quater p. h. diebus Lun. Mart. Iov. Ven. hora IX.

Dr. I. REHMKE, p. p. o.

I) Publice exercitationes philosophicas moderabitur semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) historiam philosophiae universalem tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI; 2) philosophiae locos principales exponet d. Mart. et Iov. hor. XI.

Dr. E. BERNHEIM, p. p. o.

I) Publice in seminario notabiliores reipublicae Germanicae leges interpretabitur die Sat. hor. VIII. — II) Privatim politicam geographiam Germaniae tractabit ter p. h. hor VIII.

Dr. E. STRUCK, p. p. o.

I) Publice de operariis disseret die Merc. hor. IV. — II) Privatim oeconomices nationalis partem specialem docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. III. — III) Privatissime sed gratis exercitationes ad oeconomicen nationalem spectantes moderabitur semel p. h. hor. def.

Dr. F. MARX, p. p. o.

I) Publice 1) vitam mores instituta saeculi Neroniani enarrabit praecipue inscriptionum et antiquitatum Pompeiianarum testimoniis usus semel p. h. h. d.; 2) in seminario philologico Silii Punica interpretabitur die Merc. h. X—XII. — II) Privatim historiam litterarum Romanarum enarrabit quater p. h. h. X—XI.

Dr. R. CREDNER, p. p. o.

I) Publice 1) exercitationes geographicas moderabitur semel p. h. hor. def.; 2) geographiam physicam Germaniae tractabit bis p. h. hor. V. — II) Privatim geographiae physicae partem I. docebit ter p. h. hor. V.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. M. SCHOLZ, p. p. e.

I) Publice elementa geologiae praecipue geographiae studiosos docebit semel p. h. hor. definienda. — II) Privatim 1) geologiam tradet dieb. Mart. Merc. Jov. hor. XI; 2) geognosiam partis Germaniae septentrionalis planae docebit die Ven. hor. XI; 3) palaeontologiam tractabit bis p. hebd.

Dr. C. TH. PYL, p. p. e.

I) Publice de antiquitatibus Pomeraniae necnon de historia ecclesiarum scholarumque Gryphiswaldensium disputationes moderabitur, bis p. h. hor. XI. — II) Privatim historiam monasterii Hildensis tradet, bis p. h. hor. XI. — III) Privatissime sed gratis disputationes de artibus medii recentiorisque aevi secundum monumenta moderabitur, bis p. h. hor. XI.

Dr. M. KONRATH, p. p. e.

I) Publice in seminario Anglico exercitationes moderabitur die Merc. hor. X et XI. — II) Privatim grammaticam historicam linguae Anglicae docebit dieb. Lun. Mart. Jov. Ven. hor. X.

Dr. GUIL. HOLTZ, p. p. e.

I) Publice 1) physicen cosmicam physices expertes cum observatione stellarum docebit dieb. Mart. et Ven. hor. VI; 2) physices technicae elementa physices peritis tradet dieb. Jun. et Jov. hor. VI. — II) Privatim mensuras physico-technicas perspicue tractandas habebit dieb. Merc. et Sat. hor. XII.

Dr. P. PIETSCH, p. p. e.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. C. KESSLER, p. p. e.

I) Publice linguam Neopersicam tirones docebit bis p. h. — II) Privatim 1) institutiones Arabicas binis scholis perget tractare; 2) linguae Syriacae elementa tradet ter p. h.; 3) par librorum Judaicorum, scil. pirqê abôth et Raschii commentarium rabbinicum, interpretandos proponet; 4) Hebraeorum antiquitates et privatas et publicas et sacras ter p. h. explanabit.

Dr. C. J. FUCHS, p. p. e.

I) Privatim de reditibus et expensis rei publicae disseret diebus Lun. Mart. Jov. Ven. hor. IV. — II) Privatissime sed gratis excercitationes ad oeconomicen nationalem spectantes moderabitur semel p. h. hor. def.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. H. MOELLER, priv. doc.

I) Publice plantarum materiam praeparatione adhibita utilium tractabit semel p. h. hor. definienda. — II) Privatim pharmacognosiam docebit diebus Mart. et Ven. hor. II.

Dr. G. MUELLER, priv. doc.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. G. DEECKE, priv. doc.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. R. SCHMITT, priv. doc.

I) Publice historiam civitatum foederatarum Americae Septentrionalis enarrabit semel p. h. hor. def. — II) Privatim historiam Borusso-Brandenburgicam a primordiis usque ad imperium a Magno Electore susceptum enarrabit bis p. h. hor. def. — III) Privatissime sed gratis exercitationes historicas de Barsewischii libro cui inscribitur: Meine Kriegserlebnisse während des Siebenjährigen Krieges MDCCLVII—MDCCLXIII instituet semel p. h. hor. def.

Dr. TH. SIEBS, priv. doc.

I) Privatim 1) sacrorum carminum Theodiscorum historiam tradet dieb. Lun. Iov. hora III; 2) grammaticam Goticam docebit dieb. Mart. Ven. hor. III. — II) Privatissime de vetere lingua septentrionali disseret semel p. h. hor. def.

Dr. F. W. SEMMLER, priv. doc.

Commeatu impetrato scholas non habebit.

Dr. GUIL. SCHULZE, priv. doc.

I) Publice proseminarii philologici sodalibus interpretandum proponet T. Livi librum XXII. die Iov. hor. III. et IV. — II) Privatim linguae graecae historiam, hellenistici potissimum aevi habita ratione, enarrabit et exemplorum e scriptoribus et papyris selectorum interpretatione illustrabit ter. p. h. hor. def.

Dr. H. BILTZ, priv. doc.

Privatim 1) chemiam analyticam forensem tractabit dieb. Lun., Mart.; 2) capita selecta chemiae physicalis tractabit dieb. Merc. Iov.

LINGUARUM RECENTIORUM ET ARTIUM MAGISTRI.

Dr. W. FRANZ, lector. I) Publice Joseph Andrews Fieldingii fabulam interpretabitur bis p. h. hor. def. — II) Privatim exercitationes ad rudimenta grammaticae anglicae spectantes moderabitur bis p. h. hor def.

G. BEMMANN, concent. music. director. Publice de universa doctrina artis musicae disseret bis p. h. hor. def.

O. DRÖNEWOLF, concent. music. director. Publice 1) de cantu ecclesiastico disseret bis p. h. hor. def. 2) artem componendi docebit bis p. h. hor. def.

de DEWITZ. 1) studiosos med. adiuvabit in arte ossa, musculos, praeparata proiciendi, binis p. h. horis; 2) artem delineandi et pingendi docebit binis p. h. horis.

H. RANGE. 1) exercitationes gymnicas moderabitur hor. def.; 2) artem rudibus batuendi docebit hor. def.

V. HECHT artem equitandi docebit hor. def.

P. WIECK saltandi exercitationes moderabitur hor. def.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt Prof. Gilbert, Dr. Mueldener, Dr. Babad, Dr. Altmann Custodes, assistente Steinhausen Dre., dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. XI—I, dieb. Merc. et Sat. hor. II—IV studiosis patebit.

Museum litterarium curant Professores Pescatore Landois von Nathusius Reifferscheid Credner.

Seminarii theologici exercitationes reguntur ab Ordine Theologorum.

Societatis homiletico-catecheticae studia moderantur Cremer Prof. et de Nathusius Prof.

Museo antiquitatum christianarum praeest Schultze, Prof.

Seminarium iuridicum moderantur Pescatore Prof., Weismann Prof., Heck Prof. et Stampe Prof.

Theatrum anatomicum administrat Sommer Prof., I. prosectore Solger Prof., II. prosectore Ballowitz Dre., adiutore Scheunemann Dre.

Museo anatomico praepositus est Sommer Prof., I. prosectore Solger Prof., II. prosectore Ballowitz Dre. adiutoribus.

Instituto physiologico praepositus est Landois Prof., adiutore Grünwald Dre.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est Grawitz Prof., adiutore A. Kruse Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est Grawitz Prof., adiutore Kruse Dre.

Instituto pharmakologico praepositus est Schulz Prof., adiutore F. Simon Dre.

Instituto hygienico provisorio praepositus est Loeffler Prof., adiutore Abel Dre.

Nosocomio Universitatis praesunt Mosler Prof. et Helferich Prof. — administr. Brandner. — assist. R. Schwanhauser Dre., A. Westhoff Dre., A. Voss Dre., A. Gogrewe Dre.

Instituti clinici medici curam habet Mosler Prof., assistente Peiper Dre., adiutore Kuthe Dre.

Instituti clinici chirurgici curam habet Helferich Prof., adiutore Heidenhain Prof., assistentibus Berndt Dre. et Rüschhoff Dre.

Instituti ophtalmiatrici curam habet Schirmer Prof., assistente Stoewer Dre.

Instituti obstetricii curam habet Pernice Prof., assistentibus Poggendorff Dre. et M. Kirchhoff Dre., adiutore A. Schneider.

Instituto clinico psychiatrico praeest Arndt Prof., adiutore Haeusser.

Institutum physicum moderatur Oberbeck Prof., assistente Edler Dre.

Seminari mathematici exercitationes moderantur Thomé Prof. et Minnigerode Prof.

Instrumenta astronomica custodit Oberbeck Prof.

Museo zoologico praeest Gerstaecker Prof.

Museo botanico praepositus est Schmitz Prof., assistente Holtz.

Hortum botanicum curant Schmitz Prof., Goeze Dr. inspector.

Museo mineralogico praepositus est Cohen Prof., assistente E. Manteuffel.

Institutum chemicum moderantur Limpricht Prof. et Schwanert Prof., adiutoribus Biltz Dre., R. Dierbach, H. Held, Dre.

Seminarium philologicum moderantur Maass Prof. et Marx Prof.

Seminarium Germanicum moderatur Reifferscheid Prof.

Seminarium Anglico-Romanense moderantur Koschwitz Prof. et Konrath Prof.

Seminarium historicum moderantur Ulmann Prof., Seeck Prof., Bernheim Prof.

Gypsothecae et antiquitatum museo praeest Preuner Prof.

Museo antiquitatum Pomeraniae praeest Pyl Prof.

Apparatui geographico praeest Credner Prof.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VIII.	Apologet. christ. quater. De Jesu Christi passione semel. Seminarii theologici exercit. semel.	Institutiones et hist. iur. Rom. semel.	Curs. anat. path., bis. Practic. therapeut., bis. Exerc. clin. gynaecol., ter. Osteol. et syndesm. semel.	Chemiae p. II., sexiens. De select. chem. locis, semel. Exerc. hist. crit., semel. Exerc. sem. hist. Polit. geograph. Germ. ter.
IX.	Historia ecclesiae primaevae quinq. Historia eccl. medii aevi quinquiens. Historia dogmat. quinquiens.	Institutiones iur. Rom. quinquies. Hist. imp. et iur. Germ. quater Ius publ. Germ. ter. Ius admin. Germ. et Bor. ter.	Anat. corp. hum., quat. Cap. sel. anat., semel. Anat. organ. sensuum, semel. Curs. anat. path., bis. Diagnost. phys., bis. Exercit. clin. med., quater.	Mechan. analyt. p. I., quater. Exerc. hist. crit., semel. Botan. system., bis. Mineralog. quinquiens. Exercit. mineral., semel. De Graec. reb. sacr., quater.
X.	Jesu Christi historia quinquiens. De scriptura sacra semel.	Pandect. pars I quinquies. Ius commerc. quater. Hist. doctrin. quae spectant ad ius et rempubl. bis. Fontes iur. publ. semel. Pignor. ius. semel.	Exercit. anat., sexiens. Exercit. clin. medic., sexiens. Exercit. clin. chirurg. quater.	Exercitat. sem. math., semel. Calculum diff. et integr., quater. Exerc. sem. math., sem. Lin. algebr., bis. Theor. funct. potent., bis. Gramm. ling. med. Nord., quater. Exercit. mineral., sem. Exerc. sem. phil., semel. Exerc. sem. phil., semel. Histor. litt. Roman., quater.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
X.				Exerc. sem. phil. Angl. semel. Gramm. hist. ling. Angl., quater.
XI.	Theol. dogmatica sexiens. Epistola ad Galatas ter.	Pandect. pars II quater. Ius crim. quinquies Proc. crim. ter vel quater. Concurs. cred. sem. Exercitationes iur. semel.	Exercit. anat., sexiens. Exercit. clin. chirurg., sexiens.	Exerc. sem., math., semel. Lin. algebr., bis. Theoriam funct. pot., bis. Exerc. sem. math., semel. Histor. chem., semel. Sel. entomolog. cap., semel. Anim. morphol. gen. et comp., quater. Exerc. sem. Roman., semel. Histor. popul. Graec., quater. Exerc.sem.phil.,semel. Exerc.sem.phil.,semel. GotfridiTristan,quater Histor. philosoph. univers., quater. Philos. loc. princ., bis. Geologiam, ter. Geogr. Geom. septen., semel. Palaeontol., bis Antiqu. Pomeran., bis. Hist. monast, Hildens., bis. Disp. d. artis med. et rec. aevi., bis. Exerc. sem. phil. Angl., semel.
XII.	Liber Psalmorum quinquiens.	Ius eccl. Evang. et Cath. quater.	Physiol. exper. p. I., sexiens.	Isagogen philosoph., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XII.	Epistola ad Hebraeos quater. Theologia homil. etc. quinquiens. De motibus ad religionem spectantibus semel.	Exerc. iur. eccl. exeget. semel. Pandectarum practicum semel. Concurs. cred. sem.	Curs. anat. path., bis. Exercit. clin. gynaecol., ter. Exercit. policl. ophthalm., sexiens. Policl. paediatr., ter. Policl. laryngol. et nas., ter.	Isagog. phil., semel. Psycholog., quater. Exerc. de phil. Kantiana, semel. Isagogen in stud. Platonis et Aristotelis, bis. Hist. reformat., quater. Exerc. sem. Roman., semel. Plant. thallophyt., sem. Botan. systemat., semel Theor. math. calor., bis. Physic. exper. p. I., quater. Mens. phys.-techn., bis.
II.			Exercit. anat., sexiens. Morbi cutis, bis. Theor. art. obstetr., ter. Operat. gynaecol. bis	Exerc. botan. microsc., bis. Pharmacogn., bis.
III.	Theologia V. T. quater. De ecclesia motus sociales adiuvanti bis.		Exercit. anat., sexiens. De vit. ocul. optic., semel. Chirurg. gen. bis. Exercit. clin. ophthalmiatr., bis. Sel. cap. morb. nerv., semel. Hygienes p. I. ter.	Pharmac. p. I., quater. Chem. analyt., bis. Exerc. botan. microsc., bis. Exerc. phys., bis. Oeconom. nat. part. spec., quater. Exerc. prosem. phil., semel. Sacr. carm. Theod. hist., bis. Gramm. Gotic., bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
IV.	Vaticinia Jesaiae quinquiens. Epistolae ad Corinth. quinquiens.	Ius gent. ter.	Cap. sel. anthropol. gen. bis. Histologia, ter. Pharmacol., quater. Chirurg. gen., bis. Cap. toxicol. sel., sem. Sel. cap. morb. nerv., semel. Morbi mulier., semel. Psychiatr. gener. et spec., ter. Curs. otiatr. bis.	Coll. de reb. chem. pharm, bis. Exerc. phys., bis. De operar., semel. Exercit. prosem., phil., semel. De redit. et exp. reipubl., quater.
V.	Theologia N. T. quinquiens.	Convers. iur. pandect. bis. Convers. iur. Germ. priv. semel. Convers. proc. crim. semel. Convers. et proc. crim. semel. Convers. de iure publ. etc. semel	Osteol. et Syndesmol. semel. Anat. path. gen., quinquies. Ossium fract. et luxat. quater. Exercit. ophthalmoscop., bis. De morb. contagios., semel. Cap. sel. psychiatr. for., semel. Disputat. hygienic. semel. Cursus. otiatr. semel.	Hist. philosophiae antiqu., quater. Exercit. philosoph., semel. Theoriam cognosc. et logicam, quater. Coll. de reb. chem. pharm., bis. Exerc. prosem. germ., semel. Exerc. sem. germ. sem. Noviss. Francogall. de Germ. script., sem. Histor. litt. Francogall. ter. Exerc. phys. bis. Geogr. phys. Germ., bis. Geogr. phys. p. I., ter.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VI.	De veterum christ. coemeteriis semel. Seminarii theolog. exercit. ter. Instit. theol. pract. exercit. quater. Exercit. ad ling. hebr. spect. sem. Exerc. ad theol. dogm. spect. sem.	Convers. iur. pandect. bis. Convers. iur Germ. priv. semel. Convers. proc. crim. semel. Convers. iur. et proc. crim. semel. Convers. de iure publ. etc. semel. De duello. semel	Diagnost. phys., bis. De cerebri morb., sem. Disputat. chir. semel. Examinat. chirurg. semel. Relationes policl. med. semel. Pathol. et Ther. spec. p. I., quater.	Exerc. prosem. germ. semel. Exerc. sem. germ., sem. Exerc. hist. ant., sem. Phys. cosm., bis. Phys. techn., bis.
VII.				Exerc. hist. antiqu., semel.
Hor. def.	Societas hist.-eccl. semel. Exercit. ad hist. eccl. spect. sem. Exercit. ad. N. T. spect. semel.	In semin. exercit. iur. commerc. semel.	De situ visc., bis. Org. et homin. et animal. vertebrat. uropoët. atque genital. semel. Exercit. physiol. et histolog. Pract. physiol., sexiens. Exercit. pharmacol., sexiens. Pract. hygien. necnon bacteriolog. ter. De med. forens, ter. De quaest. modo med. for semel.	Prax. chem. Ling. persicam, bis. Qorani selecta, quater. Scholas ad poes. arab. cogn. semel vel. bis. Exercitat. Aristotel., bis. Exerc. archaeolog. et mythol., semel. Urb. Romae ant. histor., form., mon., bis. Elem. archaeol., ter. Gramm. comp. quaest., semel. Histor. relig. Ind., sem. Stud. Vedae et. hymn. Rigv., ter. Text. e. chrest. Boehtlingk., bis. Operat. in mus. bot. labor. Petrogr. P. II., semel. Operat. mineralog. Operat. physic. Exerc. philosoph., sem.

SCHOLAE INDICAE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
Hor. def.				Exerc. oeconom. nat., semel. Mor. saecul. Neron., semel. Exerc. geogr., semel. El. geolog. geogr., semel. Ling. Neopers., bis. Instit. Arab., bis. Linq. Syr.. bis. Libr. Iud. interpr. Hebr. antiqu. Exerc. oconom. nat., semel. Plant. mat.,quaepraep. adh. usum hab., sem. Histor. Borusso-Brandenb., bis. Hist. civ. foed. Amer., semel. Exercitat. histor., sem. De vet. ling. septentr. semel. Lingu. graec. hist., ter. Chem. anal. for., bis. Cap. sel. chem. phys., bis. Field. Josef. Andrews. interpr., bis. Exerc. gramm. angl. bis. Doctr. art. music., bis. De cantu ecclesiast., bis. Art. componendi, bis. Art. ossa, muscula proiciendi, bis. Art. delin. et ping. bis, Exerc. gymnast. Ars rudibus batuendi. Artem equitandi. Saltandi exercit.